

SPQR
ZOSIMVS
Græce & Latine
cum
Selectis Variorum
Notis.
Accurante
CHRISTOPHORO
CELLARIO.
IENAE
Sumtu Jo. BIELCKI, Bibliop. MDCLXXXIX.
...n Mallen fecit.

ΖΩΣΙΜΟΥ

ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΝΕΑ.

ZOSIMI

COMITIS EX ADVOCA-
TO FISCI

HISTORIA NOVA,

Ex recensione

FRIDERICI SYLBVRGII,

Cum

Latina interpretatione

IOANNIS LEVNCLAVII,

&

NOTIS VARIORVM,

Accurante

CHRISTOPHORO CELLARIO,

SMALCALDIENSI.

CIZÆ,

Sumtu Io. BIELKI, Bibliop. Ien.

Typis FRIDEMANNI HETSTEDI,

ANNO M DC LXXXIX.

HVMANIORIS LITTERATVRAE
PRINCIPI
IOANNI GEORGIO GRAEVIO,
SAECVLI ORNAMENTO,
S. P. D.
CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

CVi *potius, quam Tibi, consecranda erat noua Zosimi, quae nunc se prodit, editio? Nisi enim Tu fuisses, vir consummatissime, nunquam ille integer e nostra officina prodiisset. Henricum Ste-*



IENAE
Sumtu Jo. Bielcki, Bibliop. MDCLXXXIX

n Mellon fecit.

ΖΩΣΙΜΟΥ
ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑ ΝΕΑ.

ZOSIMI
COMITIS EX ADVOCATO FISCI
HISTORIA NOVA,

Ex recensione
FRIDERICI SYLBVRGII,
Cum
Latina interpretatione
IOANNIS LEVNCLAVII,
&
NOTIS VARIORVM,
Accurante
CHRISTOPHORO CELLARIO,
SMALCALDIENSI.

CIZÆ,
Sumtu Io. BIELKI, Bibliop. Ien.
Typis FRIDEMANNI HETSTEDI,
ANNO M DC LXXIX.

HVMANIORIS LITTERATVRAE PRINCIPI

IOANNI GEORGIO GRAEVIO,

SAECVLI ORNAMENTO,

S. P. D.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

Cui potius, quam Tibi, consecranda erat noua Zosimi, quae nunc se prodit, editio? Nisi enim Tu fuisses, vir consummatissime, nunquam ille integer e nostra officina prodiisset. Henricum

HUMANIORIS LITTERATURAE
PRINCIPI

IOANNI GEORGIO GRAEVIO,

SAECULI ORNAMENTO,

S. P. D.

CHRISTOPHORUS CELLARIUS.

Cui potius, quam Tibi, consecranda erat noua Zosimi, quæ nunc se prodit, editio? Nisi enim Tu fuisses, vir consummatissime, nunquam ille integer e nostra officina prodiisset. Henricum

Stephanum imitatus, ita Mæcenate volente, tantum duos libros in lucem emiſeram, qui Eutropii hiſtoriam, paullo ante vulgatam, tum approbarent, tum ſubinde illuſtriorem redderent. Tu vero e Belgio tuo in patriam profectus, tempeſtiue ſubueniſti bono Auctori, ne imperfectus relinqueretur. Cum enim me quoque, licet indignum, inuiſeres, hortator exſtitiſti, vt pertexerem hanc telam: & ab illuſtri viro ac heroici ingenii, VITO LVDOVICO DE SECKENDORF, vtpote ad bonas litteras fovendas & exornandas nato, prorogationem ſumtus facil-

facillime impetrasti. Te ergo Zosimus tamquam libertus patronum, aut vinculis solutus liberatorem suum suspicit, colit, & veneratur, quod tuo consilio effectum sit, vt e squalore atque tenebris, quibus per sæculi nostri maiorem partem immersus fuit, liberari, & in lucem denuo prodire sibi contigerit. Timidior ille est, & ne sordes secum afferat, identidem veretur: sed tui nominis claritate fretus meliora sperat, & tibi se totum tuendum defendendumque commendat. Librum ergo Tibi sacratum suscipe, tuere, bonique consule: mihique

 edi-

HUMANIORIS LITTERATURAE PRINCIPI

IOANNI GEORGIO GRAEVIO,

SAECULI ORNAMENTO,

S. P. D.

CHRISTOPHORUS CELLARIUS.

Cui potius, quam Tibi, consecranda erat noua Zosimi, quae nunc se prodit, editio? Nisi enim Tu fuisses, vir consummatissime, nunquam ille integer e nostra officina prodiisset. Henricum

Stephanum imitatus, ita Mæcenate volente, tantum duos libros in lucem emiseram, qui Eutropii historiam, paullo ante vulgatam, tum approbarent, tum subinde illustriorem redderent. Tu vero e Belgio tuo in patriam profectus, tempestiue subuenisti bono Auctori, ne imperfectus relinqueretur. Cum enim me quoque, licet indignum, inuisseres, hortator exstitisti, vt pertexerem hanc telam; & ab illustri viro ac heroici ingenii, VITO LVDOVICO DE SECKENDORF, vtpote ad bonas litteras fouendas & exornandas nato, prorogationem sumtus facil-

facillime impetrasti. Te ergo Zosimus tamquam libertus patronum, aut vinculis solutus liberatorem suum suspicit, colit, & veneratur, quod tuo consilio effectum sit, vt e squalore atque tenebris, quibus per sæculi nostri maiorem partem immersus fuit, liberari, & in lucem denuo prodire sibi contigerit. Timidior ille est, & ne sordes secum afferat, identidem veretur: sed tui nominis claritate fretus meliora sperat, & tibi se totum tuendum defendendumque commendat. Librum ergo Tibi sacratum suscipe, tuere, bonique consule: mihique

 edi-

editori singularem illam beneuolentiam, quam præsens declarasti, & litteris ex itinere datis confirmasti, semper, quæso, conserua. Te vero Deus seruet in litterarum incrementum, quod ex ingenio tuo hucusque perceperunt, & maius in dies sperant omnes boni. Vale. Datum Cizae, ipsis Calendis Martiis cIↄ Iↄc LXXIX.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS
Lectori candido
S. D.

ZOsimi Comitis Historiam Græco-Latine damus, perillustris viri, quem sæculum miratur, VITI LVDOVICI SECKENDORFII; secundis auspiciis; hortante & instigante eruditorum coryphæo IOANNE GEORGIO GRAEVIO. Quid præstitum sit in hac nova editione, paucis percensendum duximus. In Græco textu presse secuti sumus FRIDERICVM SYLBVRGIVM, duobus manu exaratis codicibus vsum. Addidimus IOANNIS LEVNCLAVII Latinam Versionem, non veterem illam, Basileæ cum Procopio, Agathia & Iornande excusam, sed alteram nitidiorem, ab ipso Leunclauio recensitam, & Sylburgiano Operi Græcorum Romanæ Historiæ Scriptorum, postmodo insertam. Notas præter STEPHANI & SYLBVRGII fere Criticas, adiecimus haud paucas, non tam nostro excogitatas studio, quam ex SCALIGERI, CASAVBONI, SALMASII, PETAVII, VALESII, & his ingenio & claritudine similium libris collectas; quotiescumque ab his summis viris laudari Zosimum, vel explicari, vel castigari deprehendimus.

 mus.

m[illegible]. Accedunt Thomae Reinesii, acerrimo iudicio viri, haud vulgares obseruationes, quas in margine sui ille libri annotauerat. Apologiam Leunclauii cum aliorum testimoniis præfiximus, vt intelligi a quouis possit, quantum fidei habendum sit Zosimo, & vbi ille deserendus. Certe historiarum tum copia, tum nouitate omnes suæ ætatis scriptores, quos quidem superstites habemus, Zosimus vincit: oratione autem & dicendi genere tam politus est, vt elegantissimis, quos Græcia tulit, annumerari mereatur. Hoc ergo scriptore, qualicumque opera nostra separatim, quod nunquam factum, edito, bene vtere, cordate Lector; & si quid erratum fuit, benignius interpretare.

FRI-

FRIDERICVS SYLBVRGIVS de sua editione, quam summo studio expressimus:

ZOsimeæ Historiæ nihil hucusque typis publicatum fuit, præter duos libros priores, quos Henricus Stephanus cum Herodiano nouem abhinc annis [1581.] *in lucem edidit. In ceteris libris vsi sumus duobus exemplaribus calamo exaratis: quorum vnum Æmerius Thuanus, pro singulari erga rem litterariam studio, e Leonclauii apud Fr. Pithœum* codice, *suis sumtibus exscriptum nobis communicauit, & Ioannes Opsopœus cum archetypo contulit; alterum amplissima Palatinorum Electorum bibliotheca suppeditauit, e Baptistæ Egnatii bibliotheca profectum: cum quibus etiam primi duo libri a nobis collati, & aliquam multis in locis partim suppleti sunt, partim emendati. Quod eo nomine hic præmoneo, vt doctis constet, quæ quibus in huius scriptoris editione debeatur gratia.*

PHOTIVS PATRIARCHA DE ZOSIMO.

Ex edit. Hœschelii.

Ἀνεγνώσθη ἱστορικὸν λόγοις ἓξ Ζωσίμου κόμητος ἀπὸ φισκοσυνηγόρου. ἔστι τὴν θρησκείαν ἀσεβής, καὶ πολλάκις ἐν πολλοῖς ὑλακτῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν· σύντομος δέ, τὴν φράσιν εὐκρινής τε καὶ καθαρός· οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπῳκισμένος. ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπὸ Αὐγούστου, ἐπιτρέχει δὲ πάντας τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ, ψιλὴν ὥσπερ τὴν ἀνάρρησιν καὶ τὴν διαδοχὴν αὐτῶν ἀφηγούμενος. ἀπὸ δὲ Διοκλητιανοῦ πλατύτερον περὶ τῶν βεβασιλευκότων διαλαμβάνεται, ἐν βιβλίοις πέντε. τὸ γὰρ πρῶτον τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀπὸ Αὐγούστου ἀριθμεῖται, καὶ πληροῖ τὴν ἕκτην βίβλον, ἐν ἐκείνοις ἀπαρτιζομένην τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς Ἀλάριχος τὴν Ῥώμην τὸ δεύτερον πολιορκῶν, καὶ τῶν ἐνοικούντων ἀπορουμένων,

Ex versione Leunclauii.

Lectum est historicum opus, sex libris constans, Zosimi Comitis ex Aduocato Fisci. Religionem paganam sequitur, & in pluribus aduersus pios sepissime latrat. Breuis est, dictione perspicuus atque purus, nec suauitatis expers. Incipit historiam prope dixerim ab Augusto, & Principes omnes ad Diocletianum usque percurrit, nudam quasi designationem atque successionem eorum commemorans. Latius autem a Diocletiano, de patitis imperio, libris quinque tractat. Nam primus imperatores ab Augusto ad Diocletianum usque recenset. Libro autem sexto finem imponit, in iis desinenti temporibus, quibus Alarichus Romam iterum obsidens, ciuibus ad inopiam redactis

illi obsidionem soluit, eique dixit imperatorem Attalum, quem deinde rursus abdicauit imperio, quod regnum sibi traditum aduersus Honorium Augustum parum recte administrare videretur. Sarus autem simultates aduersus Alarichum exercens, cum trecentis, quibus praeerat, Honorianis partibus adiunctus, & belli societatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum obiecit. Ac sexti quidem historiae libri finis hic est. Dixerit autem aliquis, hunc non scripsisse historiam, sed Eunapianam descripsisse, partim breuitate dumtaxat ab altera differentem, partim quod Zosimus non, vt ille, Stelichonem conuiciis proscindat. Cetera propemodum idem est in historia, praesertim in principum piorum criminationibus. Arbitror autem duas quoq; hunc, sicut & illum, editiones

λύει τὴν πολιορκίαν, βασιλέα τούτοις Ἄτταλον ἀνειπών. εἶτα δὲ καὶ τῆς βασιλείας τοῦτον παραλύσας διὰ τὸ μὴ δοκεῖν εὖ διατίθεσθαι τὰ τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ βασιλείας· πρὸς Ὀνώριον τὸν βασιλέα κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντα. ἐφ᾽ ᾧ τῇ πείσασθαι εἴρητο. ἀλλ᾽ Ἀ-σαρος, Γότθος καὶ αὐτὸς, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τε ὑπ᾽ αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων, καὶ προστεθεὶς Ὀνωρίῳ, καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος· ἐμποδὼν ἔστη. καὶ ἡ μὲν ἕκτη αὐτῷ ἱστορία ὧδε τελευτᾷ. εἴποι δὲ ἄν τις, οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν. καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίχωνα διασύρει. τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν σχεδόν τι ὁ αὐτὸς καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος,

πεποι-

πεποιηκέναι· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἐξ ὧν δὲ, ἣν ἀνέγνωμεν, ἐπέγραφε νέας ἐκδόσεως συμβαλεῖν ἦν, καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐναπίῳ, ἐκδεδόσθαι. σαφὴς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου· καὶ ταῖς τροπαῖς, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

instituisse. Verum editionem huius priorem ego non vidi. Coniicere tamen ex editionis, quam nos legimus, perspicuitate licet, etiam alteram hunc, sicut & Eunapium, publicasse. Magis hic planus est, & breuior, vt diximus, Eunapio, figurisque non nisi raro vtitur.

IO. LEVNCLAVII
APOLOGIA PRO ZOSIMO
Aduersus
Euagrii, Nicephori Callisti, & aliorum acerbas criminationes.

SI esset aut in eos stringendus orationis mucro, quibuscum nulla religionis societate iungimur; aut non illius suscipienda defensio, quem ob professionem paganæ superstitionis, a multis iam seculis explosæ damnatæque, si quid habiturus erat in caussa sua gratiæ, prima statim fronte nostros apud homines amittere necesse est: fretus equidem tum apertis veritatis ipsius argumentis, tum eorum, quæ ab aduersariis obiiciuntur, infirmis sane rationibus, minime vererer, ne non facile caussam hanc apud æquos iudices obtinerem. Nunc quum & iis respondendum sit, qui defendendi cultus Christiani, & tuendorum principum prætextu, patronorum veræ pietatis insignium, uti quidem prædicantur, mendacii calumniæque disertissimum & in primis utilem historiæ scriptorem accusant; & agenda Zosimi caussa, qui quod veritatem doctrinæ cœlestis cognitam non habuerit, esse testis idoneus & verax de gestis in republica rebus potuisse negatur: difficilem sane defensionis huius rationem mihi futuram prospicio. Sic enim comparati sunt hominum animi, libenter ut iis fidem habeamus, quos quum aliis in rebus, tum maxime in doctrina religionis opinionum similitudo & consensus artiore nobis vinculo iungit; diuersa sequentium auctoritate depressa, licet ab iis non omnino abhorrentia quædam a veritate proferantur. Sed quando cum

omnis

omnis virtutis in genere, tum veritatis ea vis est, ut illam viri boni etiam in hoste cognitam probent: futurum, non nulla in spe sumus, ut auditis, quæ pro Zosimo paucis dicenda suscepimus, libenter homines non nimium pertinaces fateantur; posse veritatem rerum gestarum ab iis quoque bona fide litterarum monumentis prodi, qui ceteroquin a nobis in sententia de religione dissideant.

Accusatur Zosimus atroci cum verborum contumelia, quibus execrabilem vocant, diris devovendum, impurissimum, canem denique; primo quod nefariæ, quod abominandæ paganorum religionis sectatorem se profiteatur. Ego vero in hoc libertatem hominis ingenuam probo, iudicium desidero: qui, quum excellentis vir esset ingenii, more mundanorum, ut sacræ litteræ loquuntur, sapientum in magna divinæ veritatis luce cæcutiret. Sed quum nihil istud impediat, quo minus de iis, quæ in administratione reipublicæ vel recte, vel sequius gererentur, prudenter ac vere statueret: ad alia progrediamur, in quibus accusationis totius præcipua vis consistit.

Aiunt eum propter auspicium novæ religionis iniquiorem Constantino fuisse. Demus hoc etiam esse, quando fieri nequit, ut animus noster ei bene velit, qui persuasionem de cultu divino nostram, quam veritati consentaneam, seculorumque prope innumerabilium auctoritate & consensu nixam putamus, eripere nobis invitis conetur. Sed quid inde colligitur? ergo Zosimus hoc impulsus odio, per calumniam tradidit, impurissimum & intolerabile tributi genus, quod chrysargyrum *vocant,* aurargenteum *Latine dixeris, (in libris quidem de iura-*

cinii

ciuili aurum lustrale *nuncupatur, quia singulis quibusque lustris penderetur) primum e principibus Constantinum imperasse: profectumque consimili ab origine, quod involasse Constantinum in aliorum bona scripsit. Grave crimen audio. Coërcenda isthec Zosimi maledicentia, si falso constet illa de Constantino memoriæ prodita. Sed tantum abest, ut non eorum, quæ diceret, certos ac fide dignos auctores habuisse Zosimum credam; ut etiam si desint aliorum testimonia, tamen ab hac culpa Constantinum liberari non posse, graui constet argumento. Quippe tributum illud aut ante se Constantinum a priscis institutum principibus, quos deliria paganorum sequutos scimus, reperit: aut princeps ipse durissimum subditis onus imposuit. Si Constantinum auctorem adgnoscemus, uti Zosimus ex illorum temporum scriptoribus existimandum ostendit; quid habes caussæ, cur illum accuses? innocens est, rem gestam, sicut ab aliis acceperat, qua debuit fide, reddidit; historici boni functus officio. Potius increpandi aduersarii, qui longius, quam par esset, profecti studio celebrandi Constantini, dum immodicas ei laudes tribuunt; obliti muneris sui, panegyricas declamationes verius, quam historias scripsere. Sed esto sane, confinxerit hoc crimen Zosimus in eum, quem primum inter augustos religionis Christianæ sacris imbutum, tamquam aviti patriique cultus desertorem, gravare tributi perquam insolentis & exosi vulgo, institutione voluerit. Itaque relinquitur Constantinum a decessoribus, quod tamen adfirmare nostri reprehensores diserte non audent, acceptum morem turpissimum retinuisse. Nihilominus in culpa præclarus imperator hærebit,*

qui exactionem fœdam, introductam a paganis, posteaquam ipse maiorem cognitionis diuinæ lucem hausisset, non aboleuerit. Nihil enim discriminis inter auctorem prauæ consuetudinis, & eum, qui, quum possit, iniqua maiorum instituta non abrogat, esse video. At illi lustralis auri collationem sub Christianis superiorum temporum principibus insigni cum exactionis sæuitia regnasse non negant; primumque fatentur Anastasium, longissimo post Constantinum interuallo, chrysargyri tabulis ad se consilio quodam astuto de prouinciis omnibus accurate coactis, & concrematis, immortali beneficio subditorum animos obligasse. Desinant ergo de iniuria Constantino facta queri, quum iniustæ pensitationis auctorem non fuisse, testimoniis exceptione maioribus nec dum euicerint; & si maxime principem ab eo mali caussam remoueant, tamen quin pari se scelere propter adprobationem receptæ turpitudinis obstrinxerit, inficiari non possint. At enim audiamus quæso, quam firmis nixi rationibus, haudquaquam a Constantino proficisci potuisse tributi tam illiberalis exactionem, constanter adfirment. Fatetur, aiunt, ipse Zosimus, incredibili sumtu Byzantium a Constantino, non parum prolato priscæ vrbis pomœrio, conditum; augusto palatio, quod Romano non cederet, aliisque magnificentissimis ædificiis ornatum; annonam ciuilem, Romanæ ad vrbis æmulationem, plebi Constantinopolitanæ concessam: ab eodem senatoribus qui Roma Byzantium postulatu ipsius commigrare non recusassent, sumtuosas domos exstructas, & ingentem auri vim donatam. Non potuit ergo talis animum principis exigendi sordidi tributi cogitatio subire, nec sibimet ipse Zosimus aduersa-

uersari, quasi a prioribus diuersa prodendo, debuit. Hæ rationes illorum sunt, quas a nobis esse, quis quæso non perspicit? Prodigum fuisse Constantinum Zosimus ait, postquam summo imperio solus potitus esset; idque complaribus argumentis ostendit: quod vectigalia reipublicæ largitionibus immensis exhauserit, in vitam voluptariam maximos sumtus erogauerit, pecuniam publicam in plurimas inutiles structuras impenderit, profusionem denique munificentiam duxerit. Hæc si vera esse, fides ipsa rerum gestarum probat; nemini qui sapiat, mirum videri potest, rationes exigendæ vicissim pecuniæ nouas, & quum moderatæ iustæque non sufficerent, acerbas eum excogitasse: qui prodigere magnas opes ex animi libidine solitus, facultatem profusæ largitionis sibi deesse nollet. Nam nulli cupidius alienis inhiant, quam qui sua sine iudicio per summam licentiam luxumque dissipant. Eodem spectat quod in milites liberalem fuisse Constantinum prædicant, idque Zosimum ipsum fateri commemorant. Nam quod esset imperium hac via mercatus, eadem ad retinendam quoque rerum summam vtendum videbat. absque quo fuisset, cur exercitus huic legitimam Constantii subolem, quam ex Theodora coniuge reliquit, non prætulissent? Ferre principes parcos & frugi militaris luxuria nequit, immodice fisci bonis ad explendam ipsorum libidinem abutentes colit. Id vero sine certa subditorum pernicie confieri non potest, a quibus nullo non genere crudelitatis exigitur, quod ad retinendos in officio semel corrupti militis animos insano largitatis studio profunditur. Hinc illæ sordidarum exactionum inuentiones, meræ dissolutæ prodigitatis remedia: quas quidem acerbitates

intolerabilium collationum, siue Constantini, siue Theodosii maioris, siue Valentiniani primi mandatu imperatarum, recensere; non est, vt isti maligne interpretantur, aduersus pios & religiosos principes impudenter latrare, sed veritatem factorum ostendere, de quibus exempla capiamus ipsi, quæ nobis ex vsu sint. Nam si recte rem æstimemus, nihil hoc esse dicemus aliud, quā monere præsentes sequuturosque principes, ne Christianam ipsi religionem profitentes, eam sibi licentiam in bona subditorum permissam putent; quam Iulianus, aliique pagani non vsurparunt; a quibus abstinentiæ, benignitatis, & moderatæ gubernationis laude nostros superari, sane turpissimum fuerit.

At eumdem Constantinum, inquiunt, alibi Zosimus ob res quasdam fortiter & egregie gestas laudauit. itaque cauere debuit, ne quem antea prædicando extulerat, eumdem vicissim reprehendendo deprimeret. Quasi vero aut laudari Constantinus, Theodosius, Christiani principes alii nequeant, nisi probatis eorum factis omnibus; aut non hoc ipso meliorem se vobis virum, historiæ quidē certe scribendæ, magis extra omnem controuersiam, idoneū declararit Zosimus; qui quum notanda quædā Constantini delicta nō leuia putaret, minime committere voluit, vt quæ ab eodē præclare gesta fuissent, silentio præterita supprimerentur. Non hoc vti faceret, impetrare a Zosimo infesti Christianis animi potuit indignatio; quā nimium quantum, indignum quidem in modū, si Christianæ professionis grauitatem spectare volumus, in vobis regnare video. Nam qui se Christianos perhiberi voluere principes, licet plerique fœdis essent inquinati sceleribus, tantum non deos facitis, & laudibus

dibus in cœlum tollitis: quum alios a luce religionis nostræ destitutos, ceteroqui magnis virtutibus præditos, etiam debita meritis eorum laude fraudare non veremini. Non iam dicam de conditione fragilitatis humanæ, quæ non patitur, ut uni perpetuam recte factorum gloriam tribuamus. Ideoque verum esse Theognidoum illud, sapientes intelligunt:

Vir bonus interdum malus est, alias bonus idē.

Magnus sane re fuit ac nomine Constantinus. quis negat? primus augustorum leges aduersus nostros atroces & edicta crudelissima sustulit, verum dei cultum amplexus est, tyrannidem cum in rempublicam, tum ecclesiam multis annis exercitam feliciter oppressit, intestina denique nostrorum dissidia coacto sanctissimorum virorum concilio sopiuit. hæc immortalia sunt eximii principis merita, quæ omnes boni non solum adgnoscunt; sed etiam admirantur atque prædicant. At eorum, qui res Constantiniano seculo gestas commendare litterarum monumentis volunt; illa ratio est; non tantum vt ista, sane laudabilia, recenseant: verum etiam si quid actum est, quod minus probari possit, nequaquam dissimulent. id lex historiæ necessario requirit, & habet vsum in vita mortalium non exiguum: vtut aliquid de illius, ad quem pertinet, gloria decedere videatur. Quod si a Zosimo plena cum orationis libertate factum fuit, non magis idcirco reprehendi meretur, atque alii nonnulli, qui religionem non, vt ille, paganam; sed nostram sequentes, grauiter pungere Constantinum non dubitarunt; cum alias ob caussas, quas cum Zosimo communes habent, tum quod imperator veri numinis cultum præ se ferens legem promulgarit insertam Iustinianeo codici, qua ob vsum

 magnifi-

magnificarum artium eos accusari vetat, qui de necessariis illis ritibus ac disciplinis opem pro corporibus humanis, aut rerum vitæ necessariarum conseruatione quærunt: hoc est, qui fonte bonorum Deo deserto, quæ ab illo se habituros subsidia desperant, a malis geniis exspectant: quasi aut diuinis in litteris hoc expresse prohibitum non sit, aut impiæ rei planeque damnabilis vsus aliquis esse licitus possit. Iidem non abs re Constantinum, ob consiliorum & voluntatis in senecta mutationem, vituperant; qui Constantiæ sororis impulsu Arium, auctorem sectæ post homines natos impurissimæ, reuocarit ab exsilio; præclareque de religiosæ pietatis doctrina tam suo sæculo, quam omnem ad posteritatem meritum Athanasium Treuirorum ad vrbem deportari iusserit. Ea crimina quisnam istis a Zosimo indicatis esse grauiora non videt? hæc enim ad Dei gloriam, quietem ecclesiæ, salutem animorum spectabant: quum Zosimus in iis potissimum de Constantino queratur, quæ ad reipublicæ detrimentum pertinebant.

Iam quod indignum facinus admisisse Zosimum clamitant Euagrius atque Nicephorus, qui Crispum Cæsarem egregia virtute iuuenem, & Faustam Augustam a Constantino necatos scripserit; a calumnia profectum, vera crimina dissimulante; an a singulari dicam impudentia, negante factum, quod indubitata veritas historiæ summo consensu scriptorum ita prorsus gestum fuisse confirmat? At non meminit, aiunt, eorum paricidiorum Eusebius Pamphili filius, Constantini æqualis, & eidem iam mortuo superstes. Quid si testem hunc ego non admisero? nam male genus hoc historicorum, antistites inquam, & monachi, solent audire; quod liberales in se princi-

pes

pe & tandem prolixius, & studiosius a facinorum non modo culpa, sed etiam suspicione liberent; aliis, ceteroqui non contemnendis, quo iure, qua iniuria vel neglectis, vel etiam notatis. At ista sane contra scriptorem insignem exceptione non vtamur. Demus id Eusebium vel non voluisse, vel non debuisse scribere; quod ita nationes & ipsius, & temporum sese darent. Aut enim viuo Constantino scripsit historiam, aut eo iam rebus humanis exemto. Viuum offendere, relato in historiam hoc immani facinore, non nisi cum praesenti vitae discrimine potuit: idem si eo fecisset extincto, ne a Constantio, qui patri & fratribus superstes fuit, grauiora quoque perpeteretur, cautio erat. Nam cui quaeso pepercisset, cognato qui sanguini non pepercit? Itane dicemus isthaec parricidia falso conficta, quia patre, & patre mortuo, filii longe crudelioris metu nullus tum ea litteris prodere fuit ausus? At Crispum laudat Eusebius, inquiunt. quo fit, vt nullo modo simile veri videatur, a patre fuisse necatum. Quasi vero furore concitus patris animus ex suspicione de nefaria filii cum nouerca consuetudine, tantum in ipso calore iracundiae imperare sibi potuerit, ne respectu praeclarae illius indolis iuuenem occideret: aut non iniuriam spectatae illius virtuti factam ipsemet postea testatus sit, quum interfecti talis filii dolore ac desiderio Faustam coniugem, cuius illum caussa suspectum habuerat, in balineo viuam extinxit. Eusebius ergo, si saluus esse volebat, aliter sibi consulere melius haud poterat, quam si totam necati Crispi mentionem de historia sua prorsus excluderet. Nam de duobus vt alterum faceret, necessarium erat: vel vti nocentem Crispum, vel innocentem periisse fateretur. Nocentem facere

voluit, quod omnibus aliter videretur: innocentem iugulatum dicere non potuit, ne patrem accusaret. Atque hinc reuera colligitur, alienum a culpa criminis huius fuisse Crispum; quod ei testimonium innocentiæ cum alii tribuunt, tum ipse Zosimus, ab auia Helena grauissime deploratum scribens. Maluit igitur Eusebius suas quasdã ob caussas in medio relinquere, quod Zosimus ab iis temporibus remotior, ob ipsam factorum memoriam, præterire silentio nequaquam debuit. Ac mihi quidem mirari subit, quid bonis hisce viris in mentem venerit, ut tam absurda reprehendendi Zosimi studia dixisse nõ contenti, ne quidem in Constantio crudelitatem ullam agnoscant; quia Vetranioni perduellionis reo pepercerit. Quasi vero ex hoc unico facto solidam lenitatis & clementiæ laudem reperire potuerit, quod seni propediem in fata concessuro, sanguine casso, non virtute victo, sed fraude circumvento, pauxilli temporis usuram permiserit: qui alias immaniter vel in sanguine coniunctissimos quosque seuiit. Eumdem Constantium Nazianzenus quoque, vir aliaqui grauissimus, odio Iuliani laudat: quem hic multis magnis virtutibus non par Constantio, sed superior exstiterit; cui si maxime probro des sequutam ad pagana deliria defectionem, tamen cur illum alterum defensorem furoris Ariani præferas caussam equidem idoneam nullam video. Sed de hac paullo post dicendi se locus aptior offeret.

Ad aliam calumniam diluendam me paro, qua Zosimum partim mendacii, partim grauis illatæ Constantino contumeliæ reum peragere conantur. Narrat ille Constantinum violatæ sacramentorum religionis, & paricidiorum, reliquorumque scele-

rum

num conscientia vexatum, quum paganis in sacris expiationem delictorum solidam nullam inueniret: Hispani cuiusdā impulsu, cui nomen esset Ægyptius, ad religionis Christianæ doctrinam accessisse, veram vt ex ea consolationē animi, quam propter admissa scelera dolentibus & ad reconciliatorem generis humani cum Deo, Dei filium, certa fiducia confugientibus offert, hauriret. Hoc illi, qui Constantinum ab istis paricidiis contra fidem historiæ liberant, propterea verum non esse putant; quia lustrationem a delictis, quæ per baptismum fiat, omnino serius adeptus sit. In quo Theodoriti, scriptoris fide digni testimonio conantur uti, qui Constantinum Nicomediæ sub ipsum vitæ finem baptizatum tradit. Nihil hoc narrationis Zosimææ veritati derogat. Nam religioni Christianæ addictus esse potuit, etiamsi nec dum baptismi particeps factus fuisset. atque hic mos id temporis nimiopere compluribus arridebat, qui licet essent professione Christiani; tamen baptismum ad vltimos vitæ propemodum annos differebant: credo, quod plerique pervulgatam istis temporibus opinionem sectarentur; a qua ne nunc quidem aliquos abhorrere videmus, nimirum a percepto baptismo vitam a nobis immunem ab omni lapsu requiri, nec vllam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam esse. quamquam de Constantino Theodoritus idem peculiariter memoriæ prodidit, ob eam potissimum caussam prius baptizari noluisse; quod exemplo Christi seruatoris, in Iordane diuino lauacro mergi semper optasset. Non igitur impedit baptismi dilatio, quo minus veritate consolationum doctrina Christianæ multo ante cognita, lustratum se grauissimis a sceleribus suis

 certo

certo statuerit: nec ista tam sollicita solidæ perpetuæque animi tranquillitatis indagatio reprehensionem in Constantino meretur ullam: immo potius totus hic Zosimi locus ad Constantini, religionisque nostræ laudem pertinet. Quis enim in illo vituperandum censeat, quod admissorum antea scelerum pœnitentia ductus, in gratiam cum Deo redire cupiverit; & illam grauibus immersam vitiis vitam pristinam cum meliore noua commutare? quis omnibus, quæ vnquam post homines natos exstitere, religionibus anteferendam Christianam neget; si eum cœlesti numine, quod sceleribus nostris offendi vel inuitis nobis animi nostri conscientia dictat, in gratiam nos reponit, certamque nobis quietem largitur, in qua vera totius est vitæ, quam adeo sollicite, sed frustra prisci quæsivere philosophi, sita beatitas? Ex his ergo quilibet intelligit, quam leuibus & iniquis nixi rationibus Euagrius atque Nicephorus, exagitare pro sua libidine voluerint, quæ de Constantino prudenter & recte Zosimus, virtutes cum vitiis, præclare facta cum vituperabilibus coniungens, in quibus ipse quodam modo Constantinus ab indole moribusque suis degenerasset, in historia sua perscripserat. Meminisse nimirum debemus sapientissime dictum ab Herodoto, neminem esse mortalium, nec vnquam futurum, cui non ab ipso sint ortus initio mista cum bonis mala; maximis autẽ, maxima. Quod si de religione nostra parum perite paganus homo iudicat, eam caussam tanti non æstimemus; vt Zosimum propterea vel durius tractandum, vel etiam de manibus studiosorum historiæ putemus excutiendum.

Atque

Atque huius sane generis est, quod non vere Zosimum scripsisse dicunt, ex quo Christianorum noua cum paganorum vetere commutata religio fuerit; vexatum a barbaris imperium Romanum, magnaque sui parte deminutum, vix tenues pristinæ maiestatis reliquias, velut ingentis ædificii parietinas quasdam, sartas tectas tueri. Quod vti refellant, multas imperio prouincias, ex quo seruator ille noster natus fuerit, religionemque nostram constituerit, adiectas ordine longo commemorant; magnam Macedoniæ partem, Albanos, Hiberos, Colchos, Arabes, Gallos, Germanos, Britannos. Isthæc vero cauillatio est, non iusta responsio. Non enim de ortu, quasique primis nostræ religionis incunabulis Zosimus loquitur; sed illa notat tempora, quibus ea late iam vires adquisiuerat, & diuino lucis suæ prolato iubare profanæ caliginis nebulas ita discusserat, ut a veritate prostrata iaceret paganorum superstitio, nec iam vel principes vel fabulas sacraque ceremoniasue maiorum vllo in pretio haberent. Quod si etiam penitus intuebimur, quæ de prouinciis illis in ditionem potestatemque populi Romani redactis dicuntur: maior hic inscitia se prodat accusatorum, an impudentia, sane mirabimur. Nam verissime respondebit Zosimus, Lucullis, Pompeiis, Iuliis, Vibiis, Drusis, Traianis, ceteris, suæ religionis ducibus, expugnationes illarum gentium nationumque deberi: contraque culpam earumdem perditarum in nostros conferet, quod nos sane vix aliqua cum veri similitudinis specie poterimus inficiari. Quapropter alias obiectionis Zosimiææ refutationes quærendas censeo, verioresque caussarum explicationes instituendas; ob quas tristes illæ regnorum

rum ruinæ, confusiones, excidia denique fatalibus quibusdam temporum momentis accidant. Quippe nequaquam talium malorum origo restitutæ diuini cultus puritati debet accepta referri; sicut ab imperitis, & errores a maioribus haustos obstinata contumaciæ cæcitate tuentibus, quum antea sæpe factum ex monumentis historiarum cognoscimus, tum in ista luce temporum nostrorum quotidie fieri videmus.

Vt autem ad Zosimomastigas nostros redeamus, dum probare nituntur, feliciorem sub Christianis principibus fuisse rempublicam, quam sub paganis; infaustum expeditionis Iuliani contra Persas euentum historiæ nostræ auctori obiiciunt. De quo principe quoniam & variæ sunt iudicia diuersorum, & inprimis theologorum veterum iniquiora: prius, quam pro Zosimo respondeatur, qui vir fuerit Iulianus, religionis interim quæstione quasi sequestrata, videamus. Erant in Iuliano multa maximarum, non adumbrata, sed expressa signa virtutum; quas si error in veri numinis cultu non obscurasset, admirabilem profecto boni principis effigiem in eo, quamuis admodum iuuene, spectare licuisset. Magno præditus erat & capaci disciplinarum omnium ingenio; quod ab ætate prima studiis optimarum artium non, procerum more, mediocriter fuit excultum: sed eam perfectionem in quouis genere doctrinæ liberalis attigit, vt omnium confessione magistros ipsos, viros præstantissimos, excelleret. atque hanc eruditionis laudem ei non falso tribui, quæ hodieque reliqua sunt, elegantissima principis monumenta testantur. Iuris quoque Romani cognitionem in eo non vulgarem fuisse, declarant ea rescripta,

quæ

Aug. Iuliani

quæ in libris de iure ciuili leguntur. Iam quod maiores illas virtutes attinet, singularem eius in re militari prudentiam & fortitudinem bellicosissimæ Germanorum nationes tantis cum cladibus & strage suorum expertæ fuerunt; vt internicionem Germani nominis verita, pacem a iuuene supplices peterent, cuius leges & ante Iulianum, & post eum maximis imperatoribus datas ab ipsis constat. Atque hæc bella dum gereret, incredibile dictu est, quæ ipsius esset in victu potuque frugalitas & temperantia; quam somni parcus, laboris patiens; omnibus voluptatum illecebris spretis, philosophicam inter lituos & armorum perpetuos strepitus vitam ageret. Modestiæ documentum ab omni ambitione non parum alienæ magnum edidit, quo tempore Constantius Aug. Helenam sororem ei matrimonio iungeret, ac dignitate Cæsaris nihil tale spectantem ornaret. quippe quum imperatoris iussu chlamys ei purpurea iniiceretur, quanti vestem illam augustam faceret, indicare volens, Homericum versum pronunciauit:

Purpurei vis leti, & inexorabile fatum
Occupat. - - -

Lenitatem in condonandis hominum delictis quum alias sæpe declarauit insignem, tum eo potissimum tempore, quo populi Antiocheni dicteriis petitus, multo, quam par esset a subditis tolerare principem, mordacioribus; sat habuit intempestiuos eorum sales oratione facetissima, summo cum Antiocheni populi pudore, ac voluptate legentium vlcisci. Castitatis vero, quæ rara semper habita fuit virtus in magnis principibus, tanto studio partam semel in omni vita tuebatur, non solum vt Helena viua nul-

lis

his se libidinibus illicitis polluerat; uerum etiam illa rebus humanis exemta, nullius legitimas amplius in ipso aetatis flore nuptias expeteret, & a furtiuis amoribus totus abhorreret. Nec ipso facto contentus ostendere, quanti uirtutem hanc faceret; etiam Bacchylidae ueteris poëtae uersus in ore semper habebat, quorum huiusmodi fuisse sententiam accepimus:

Vt quum de statua facies formosa reuulsa est,
non decus in reliquo corpore trũcus habet:
Sic reliqui mores spreti sine honore iacebunt,
ni sint ornati laude pudicitiae.

Tot tantisque corporis & animi dotibus illustrem Iulianum, in quo diuinum ingenii lumen ex dictis, doctrina de librorum monumentis, cognitio iuris ex rescriptis, rei militaris usus ex factis, modestia placidissimis ex moribus, ex continentia perpetua castitas enituit; quis obsecro uel infestissimus hostis non ingenue lubenterque praedicet? nihilominus inuenti sunt tam alieni ab omni sensu humanitatis homines, ut eos solo discessionis a religione Christianorum praetextu de ueris eius laudibus impudenter detrahere, parumque felicem, immo perniciosum reipublicae principem dicere non sit ueritum. Quoniam, inquiunt, parum prosperis in Persico bello successibus usus est, & in hostico caesus ingens reipublicae detrimentum attulit. Immo duas ille fatales ac formidolosas imperio Romano nationes Germanicam atque Persicam, ad eas redegit angustias; ut illa grauissimis fracta praeliis, & cupide pacem peteret, & concessam metu felicissimi iuuenis, alias quietis & otii semper impatiens, eo superstite sancte coleret: haec perpetuo uictoriarum cursu territa, non iam amplius castra castris opponere, nec aequo Marte congredi sustineret,

direptio-

direptiones, expugnationes, incendia, clades extremas ausa prohibere, parũ ab interitu res suas abesse vel inuita fateretur. Quidquid deniq; vel terroris illatũ, vel acceptũ damni, Ioniano successori debetur, nostræ religionis homini: qui perpetua cum Romani nominis ignominia prope supplex hosti iam victo factus est, & quos vltro pacem poscentes finium suorum parte multatos oportuit, cessione complurium prouinciarum placauit. Quænam igitur ista libido est, incessendi alios ob ea delicta, quæ nostris accepta ferenda sunt? Atque hoc loco videamus, quam graui argumento censores isti demonstrent, quanto nostri principes paganis & sanctiores, & augustiores fuerint, ipsaque sub eorum imperio respublica beatior exstiterit. Interfecti sunt, inquiunt, pagani principes, & seditionibus vexati; quum nostros nec a domesticis, nec extraneis hostibus cæsos constet. Ergo nostra, quam illorum, feliciora putanda tempora. Non longe abeundum arbitror, vt istis ostendatur, quam vel obliuiosi sint, vel alios calumniandi studio cæci. Quinam obsecro domestici credendi sunt propiore nos coniunctionis quasi gradu tangere? non secundum parentes, proximi nobis sunt fratres? non illos ordine fratres patrueles & consobrini sequuntur? Videamus ergo, quid ipsis Constantini liberis factum sit, qui omnes religionem Christianam profitebantur. Horum qui natu minimus erat Constans, fratrem primogenitũ Constantinum fraude circumuentum, nihil tale exspectantem, per summum scelus submissis percussoribus interfecit. Constantem parricidii scelere pollutum Magnentius perduellis necauit. Tertius e fratribus Constantius, solus superstes, rabiose propemodum cognato sangui-

ni tantisper est insidiatus; donec e medio sublatis vniuersis Constantii maioris posteris, familiam ipse suam extingueret. Quæ possint esse tristiores parricidiorum tragœdiæ, quam istæ sunt? At hæc bonis istis historicis in mentem non veniebant, quæ tunc sane multorum a nobis alienorum animos haud leniter pungebant, & a nostri cultus adprobatione ob fœdam eiusmodi quasi laniena speciem auertebant.

Iam quæ de improbis Valentis Augusti moribus a Zosimo dicuntur, haud moleste fert Euagrius; quod Arianorum ille defensor esset. Ab hoc plerique veteres, quos inter & Paulus Varnefridus est, quem Diaconum vulgo vocamus, & Iornandes noster, latam legem (vt ipsi quidem volunt) impiam queruntur; qua cauit, ne sub religionis scilicet specie numerus captantium solitudines nimium excresceret, vt rebus gerendis & propugnandæ reipublicæ idonei de latebris illis extraherentur; & vel armatæ militiæ, pro cuiusque scilicet genio & indole, vel ciuilis obire munia cogerentur. Hac ego de caussa Valentem immerito reprehensum arbitror. Nec desunt, qui ea lege putent in vsum reuocata, redactisque militares ad annonas amplissimis facultatibus, quas ignauæ pecudes absumunt; & agmina cogi maxima posse contra barbaros, & in armis perpetuo sine reipublicæ sumtu ali, cuius ipse quasi sanguis & succus vana maiorum superstitione ventribus illis cesserit. Atque hæc fere sunt, quæ tanto cum nisu contra Zosimum nostrum Euagrius atque Nicephorus crepuerunt; quorum nos in excusandis nostris rationes ineptas atque futiles, in accusandis aliis vanitatem, negandis veris impudentiam,

sal-

falsis adstruendis imperitiam, satis aperte, credo, reteximus.

Restat Photii patriarchæ Byzantini iudicium, quo Zosimum tradit instar canis pios allatrasse. Sed nos iam ante latratum illum minime fuisse noxium, nec morsum, velut rabiosi, pestilentem ostendimus, quod uti paucis in conspectu quasi positum adpareat, ex tota Zosimi perspicimus historia, reprehendi ab eo Constantinum propter exactionum acerbitatem, paricidia, luxum, profusionem; quæ in eo vitia professio Christianæ religionis parum extinxerit. Eius filiis mutuas inter se cædes, & cognati sanguinis effusiones obiicit. Ioniani quæ fuerit ignauia, quam parum fortis in retinendis reipublicæ prouinciis animus, ostendit. Valentiniani plus æquo suspicacem naturam, ideoque sæuam in eos, quibus diffideret, cum graui vexatione subditorum, quos onera tributorum immensa exhauriebant, coniunctam notat. In Gratiano nimium barbarorum amorem, suorum contemtum, & ipsi principi necis fuisse caussam, & in republica mutationem attulisse monstrat. Theodosio mutatos, auctos, venditos magistratus immodicumque voluptariæ vitæ studium vitio dat: licet his exceptis eumdem ingenue laudet. Eius filio Arcadium, non nisi pecus Arcadicum, quod ab eunuchis & mulierculis summo cum detrimento reipublicæ, bonorumque luctu regeretur; Honorium ignauia fratri parem fuisse declarat. Hi sunt illi, puto, pii principes, contra quos latrasse Zosimum Photius, ob eorum indicata vitia queritur: cum si quid in iisdem prædicatione dignum reperiret, minime dissimularet. Adde religiosos antistites, Ioannem cognomento Chrysostomum, quem imperitæ ple-

his animos arte singulari demulcere solitum dicit: Innocentium papam Romanum, quem impiis ritibus pro salute urbis adhibendis non aduersatum ait, quasi vulgatum illud cogitantem,

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo:

monachos denique, quos a matrimoniis legitimis abstinere commemorat, & in urbibus atque vicis populosa collegia complere hominibus innuptis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ necessarium usum idoneis: nisi quod via quadam progressi ab eo tempore, in hunc usque diem magnam terræ partem ad se transtulerint; & sub prætextu, quasi cũ pauperibus omnia communicent, omnes propemodum ad inopiam redegerint. En graues indignique latratus, quos Photius notare voluit. In ceteris, quæ a Zosimo contra religionem Christianam dicuntur, mirum quemdam quasi recursum circulumque temporum ac rerum humanarum videre licet. Gratianum pœna fatali periisse refert, quod pontificis maximi vestem more maiorum accipere, Christianum se professus, & a cultu deastrorum alienum, recusasset: quæ vestis eo ritu paganis imperatoribus tunc offerebatur, quo sequentibus sæculis receptum fuit, ut principes Christiani stolas, *quas* diaconatus *appellant, induerent. Narrat senatum contra Theodosium pro defensione auitæ patritæque religionis antiquitatem paganorum rituum, ab ipsa origine urbis, & ultimis repetitam sæculis, allegasse: quibus obseruatis ad mille ducentos annos incolume populi Romani fuerit imperium: expertem rationis fidem tam priscis augustisque ceremoniis minime præferendam censuisse. Tradit Theodosium rituum legem-*

legemque sacrorum quæ perpetua ex instituto maiorum esse debebant, aboleuisse: sumtus sacrificiorum de publico fieri prohibuisse: militares ex iis annonas erogari, pro tutela imperii, mandasse. Queritur hunc & simulacra de medio sustulisse, nec multo post, aureas argenteasque statuas conflatas; nummos ex ornamentis eorumdem maximi pretii redactos, barbarisque datos, Alarichi placandi caussa; matrem deûm Rheam mundo suo nefario Serenæ, quæ nata fratre Theodosii maioris erat, sacrilegio spoliatam; ab eius denique marito Stilichone laminas aureas magni ponderis, quibus obductæ Capitolini templi fores erant, dereptas. Quis consimilia sæculo nostro geri non videt? non eiusdem prope generis querelas audit? ex quibus sane perspicimus, hostem illum generis humani, dum quibus omnino viribus potest, verum in terris dei cultum impedire conatur, semper sui se similem gerere. Tantum vero abesse crediderim, vt viri prudentens propterea lectionem Zosimæam repudiandam existiment; vt eam potius ob huiusmodi narrationum varia quasi condimenta iucundiorem fore confidam.

Hæc habui, quæ pro Zosimo nostro contra diras illas quorumdam insectationes in medium adferrem; haud difficulter, vt spero recte iudicantium adprobationem inuentura. Possem vero, si luberet, vel si opus esse ducerem, verissimas hoc loco Zosimææ commentationis laudes explicare. Sed quando vendibili, quod aiunt, vino suspensa non opus est hedera; mittamus ista sane, nec diutius ab elegantissimorum librorum lectione iam cupidos cognoscendi nostri scriptoris animos inhibeamus. Hoc quidem futurum

 prope

prope certo mihi polliceri videor, ut solis ecclesiasticarum rerum narrationibus exceptis, cetera Zosimum quibusuis nostrorum historiis, Eusebianis, Socraticis, Sozomenicis, Theodoriteis eruditi lectores non inuite praeferant: aut si hos, quasi maiorum gentium scriptores ecclesiasticos, animi quadam religione praepediti, pagano postponere non audebunt; quin extra controuersiam in suo genere parem his facturi sint, ceterosque nostros siue Zonaras, siue Cedrenos, ne quidem in comparationem cum hoc admissuri, nullus equidem dubitabo.

APPENDIX APOLOGIAE,

qua ostenditur, non falsum prorsus esse, quod Zosimus lib. II. cap. XXIX. n. 2. de haruspicina Constantini, Christiani Principis, scripsit:

Ex Commentario IACOBI GODOFREDI in leg. 1. Cod. Theodos. de Pagan. Sacrif. & Templ.

Constantinus Magnus hac lege Haruspices consulendi, ac nominatim de fulguris tactu, potestatem seu licentiam tum Senatui, tum priuatis facit, Anno D. 321. quo tempore Syluester Pontificatum Romae obtinebat. Quae & ante biennium ferme quoque mens eidem Constantino fuit l. 1. & 2. hoc eod. Cod. de maleficis. *Eodem scilicet exemplo, quo & Magicas idem artes innoxias, hoc ipso anno, Romanam pariter per Praefecturam exerceri impune permiserat* l. 3. dict. tit. de maleficis. *Quod vtrumque iure mireris in Principe per nouennium (ab Anno 312) Christianam fidem amplexo, & in alios quoque propagante: immo iam inde a Christianae fidei primordiis Haruspicum monita*

nita contemnente: quod diserte testatur incertus Panegyristes ad eum ipsum scribens c. 2. vbi de bello aduersus Maxentium: Quisnam te Deus, quæ tam præsens hortata est maiestas, vt contra auspicum monita ipse per temet liberandæ Vrbis tempus venisse sentires? *Quare de Zosimi fide, Constantino Magno passim obtrectantis, non vnique dubitandum esse, hoc saltem huiusce legis argumento constat, cum is Constantinum Magnum post Licinium interfectum, id est, triennio post hanc legem latam, vatibus adhuc fidem habuisse tradit lib. II. c. XXIX. n. 2.*

GER. IOANNES VOSSIVS DE ZOSIMO.

ZOsimus Comes, & Exaduocatus fisci, vixit tempore Theodosii iunioris; vt ex Euagrio Scholastico constat. Reliquit historiæ libros VI. quorum primus Cæsares ab Augusto vsque ad Diocletianum percurrit. Ceteris quinque fusius persequitur res Romanas vsque ad Romam iterum ab Alaricho obsessam, Attalum ab eo designatum Imperatorem, posteaque ea dignitate exutum, & Sari ad Honorii partes transitum. Paullo tamen vlterius progressum esse, verisimile est. Nam quædam in fine deesse, nemini puto esse obscurum. Libros istos Latine vertit, atque edidit, Leunclauius. Henricus Stephanus duos primos etiam Græce cum Herodiano suo excudit. [*Sed interpretationem esse Leunclauii, parum candide dissi-

* *Inclusa absunt a prima editione Lugdunensi.*

mulauit.] Dictio Zosimo est breuis, perspicua, pura & suauis; vt Photius iudicat in Bibliotheca sua. Sed homo fuit paganus; vnde creber est in sugillandis principibus Christianis: quo nomine etiam a Photio reprehenditur; item Euagrio, Nicephoro, & aliis. Sed Leunclauius censet, ne in istis quidem fidem facile Zosimo esse abrogandam. Nam & Christianos principes quædam enormia vitia habuisse: quæ fidelis historicus minime debeat præterire. Vide ipsam Leunclauii pro Zosimo apologiam, quam Latino suo Zosimo præmisit. Diuersus autem ab hoc Zosimo est Zosimus Gazæus. Quippe qui temporibus vixerit Anastasii imperatoris; vt ait Suidas. Meminit & idem Zosimi Alexandrini, qui vitam Platonis posteris tradidit. Sed ætatem eius non ponit; vt, an idem sit, ac Zosimus iste, de quo prius diximus, parum liqueat.

BALTHASAR BONIFACIVS DE ZOSIMO.

ZOSIMVS, siue ille Gazæus fuerit, siue Ascalonita, siue Alexandrinus, quorum meminit Suidas, siue quispiam alius, cuius patriam & genus ignoremus; vixit tempore Theodosii iunioris, vt Evagrius testatur. At Volaterranus ex Suida sub Anastasio Principe Zosimum floruisse contendit. In quorum sententiam transiit V.C. Ioannes Franciscus Corneanius, matruelis meus, ex cuius eruditissimis symbolis multa nos in hæc nostra excerpta contulimus.

Scri-

Scripsit Zosimus opus chemicum de metallorum transmutatione, quod in bibliotheca Regia Lutetiæ manuscriptum seruari fama est. Scripsit item dictiones rhetoricas ex ordine litterarum; enarrationem quoque in Demosthenem, & Romanæ historiæ libros sex; quorum primus Cæsares ab Augusto vsque ad Diocletianum transeunter percurrit; alii quinque fusius prosequuntur res Romanas vsque ad Vrbem iterum ab Alaricho obsessam, Attalumque ab eo designatum imperatorem, posteaque ab eodem exauctoratum. Dictio Zosimi est breuis, perspicua, pura, & suauis, vt Photius iudicat in sua Bibliotheca. Quo maiorem mihi bilem concitat Verderius, qui, cum aut Græce nesciret, aut *Musas* Atticas a limine tantummodo salutasset, Zosimum pronunciauit tantam redolere barbariem, vt ne meminisse quidem huius scriptoris dignum putaret. Iustius aliquanto in Zosimum *Photius inuehitur*, quod homo paganus creber est in arrodendis Christianis Principibus: quo nomine eidem succensuere Nicephorus & Euagrius. Quanquam Leunclauius, eius interpres ac defensor, in apologia, quam pro Zosimo scripsit, ne in istis quidem fidem facile Zosimo esse abrogandam putauit; nam & melioris religionis viris credibile est quædam hæsisse vitia, quæ, salua conscientia, verax Historicus non potuerit dissimulare. Eæ sunt enim Historici partes vt meminerit, ex sententia Luciani, se esse oportere ἄφοβον, ἀπόλιδα, αὐτόνομον, ἀβασίλευτον. Qua libertate, atque animositate succinctus, veritatem vbique in quoscunque dicere absque vlla hæsitantia debet.

Vt

* * *

terga dare, alii casu inopinato territi, ore diducto consistere, propter hostis inexspectatam hanc transiectionem. Quum interim & equites ceteri toto cum exercitu securi ad alteram ripam euasissent, ingens hominum caedes accidit. nam ad triginta & quatuor hominum millia ceciderunt. Sub occasum solis castra Constantinus cepit: Licinnius autem suis, quotquot sane poterat, recollectis, per Thraciam properabat, vt ad classem perueniret.

πρὸς τὸ αἰφνίδιον καταπεπληγμένους ἑστάναι κεχηνότας ἐπὶ τῷ τῆς διαβάσεως ἀδοκήτῳ· 12 ἐπ' ἀδείας δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἱππέων περαιωθέντων, καὶ ἐξῆς παντὸς τοῦ στρατεύματος, πολὺς μὲν ἐγένετο φόνος. ἔπεσον γὰρ μυριάδες που τρεῖς 13 καὶ τετρακισχίλιοι. τοῦ ἡλίου δὲ πρὸς δύσιν ὄντος, ὁ μὲν Κωνσταντῖνος ὡς ἐλάμβανε τὰ στρατόπεδα, Λικίννιος δέ, ὅσους οἷός τε γέγονε, τῶν οἰκείων ἀναλαβών, ἤλαυνε διὰ τῆς Θράκης, ὡς ἂν τὸ ναυτικὸν καταλάβοι.

XXIII Qvum illuxisset, omnes Licinniani milites, qui arrepta fuga vel in montem, vel in conualles se contulerant, Constantino in fidem se dediderunt, vna cum iis, quos Licinnius fugiens a tergo reliquerat. Eo Byzantium fuga delato, Constantinus hominem a tergo

Ἡμέρας δὲ γενομένης, πάντες, ὅσοι τοῦ Λικιννίου στρατεύματος κατὰ τὸ ὄρος ἢ εἰς φάραγγας ἔτυχον πεφευγότες, ἐξέδοσαν ἑαυτοὺς Κωνσταντίνῳ, μετὰ τῶν ἀπολειφθέντων τῆς Λικιννίου φυγῆς. 2 Λικιννίου δὲ φυγόντος εἰς τὸ Βυζάντιον, ὁ Κωνσταντῖνος κατόπιν ἐχώρει, καὶ τὸ Βυζάν-

ζάντιον ἐπολιόρκει. τὸ δὲ 3
ναυτικόν, καθάπερ εἴρηται,
ἐκ μὲν Πειραιῶς ἐκ-
πεπλεύκει, εἰς δὲ Μα-
κεδονίαν ὡρμίζετο, με-
ταπέμπεται τοὺς ναυάρ-
χους ὁ Κωνσταντῖνος, ἐν
τῷ στόματι τοῦ Ἑλλησπόντου
τὰς ναῦς παραγενέσθαι
κελεύσας. ἀφικομένου δὲ 4
τοῦ στόλου κατὰ τὸ προσταχ-
θέν, οἱ μὲν Κωνσταντίνου
στρατηγοὶ μόναις ὀγδοή-
κοντα τριακοντόροις ταῖς
ἄριστα πλεούσαις ἔγνω-
σαν ναυμαχεῖν, οἷα τοῦ
τόπου διὰ τὴν στενότητα
πλήθει νεῶν οὐκ ὄντος
ἐπιτηδείου. Ἄβαντος δὲ 5
ὁ Λικιννίου ναύαρχος
διακοσίαις ἐπέπλει ναυ-
σί, σφόδρα καταφρονῶν
τῆς τῶν ἀντιπάλων νεῶν
ὀλιγότητος, καὶ ἐν μέσῳ
ταύτας λήψεσθαι ῥᾳ-
δίως οἰόμενος. ἀρθέντων 6
δὲ τῶν σημείων ἐξ ἑκατέ-
ρου, καὶ τῶν πρωρέων ἐπελ-
θόντων ἀλλήλοις, οἱ μὲν
Κωνσταντίνου ναύαρχοι σὺν
κόσμῳ τοῖς ἐναντίοις
ἐπιόντες ἔπλεον· ὁ δὲ Ἄβαν- 7
τος δὲ σὺν οὐδεμιᾷ τάξει

persequens, Byzanti-
um obsedit. Iam Con-
stantini classis, vt dixi-
mus, e Piraeo solue-
rat, & in Macedonia
stationem habebat. ita-
que nauarchos arcessit,
nauibus ad ostium
Hellesponti adesse ius-
sis. Vbi classis praesto
iam esset, velut impe-
ratum fuerat, Constan-
tini duces, octoginta
dumtaxat expeditissi-
mis nauibus, quae tri-
ginta singulae remis im-
pellerentur, dimican-
dum censuerunt: quod
is locus, propter angu-
stias, magno nauium
numero non esset op-
portunus: Abantus
autem, Licinnianae clas-
sis imperator, ducen-
tis nauibus inueheba-
tur, & hostilium naui-
um paucitatem vehe-
menter contemnebat,
quas ab omni parte se
nullo negotio putaret
inclusurum. Sublatis
vtrimque signis, & pro-
retis in aduersos ten-

dentibus; Constantini nauarchi sic suas agebant naues, vt hostem composite adorirentur. Abantus autem nullo ordine in aduersos impetum faciens, naues suas ob multitudinem in artum coactas inter se collidebat, quodamque modo demergendas & varie perdendas hosti præbebat. denique multis naueis & militibus in mare præcipitatis, nox superueniens nauale prœlium diremit: & alteri quidem ad Elæuntem Thraciæ adpulerunt, alteri portum Aiacis ingressi sunt.

τὸν κατὰ τῶν ἐναντίων ἐπίπλουν ποιουμένου, συνέῤῥηξε μὲν τὰς ναῦς ἀλλήλαις, τῷ πλήθει στενοχωρουμένας, καὶ παρεδίδου τρόπον τινὰ τοῖς ἐναντίοις ἐς καταδύσιν τε καὶ παντοίαν φθοράν. 8 πολλῶν δὲ καὶ αὐτῶν[43] στρατιωτῶν εἰς θάλασσαν ἐμπεσόντων, νὺξ ἐπιγενομένη τὴν ναυμαχίαν διέλυσε· καὶ οἱ μὲν εἰς Ἐλαιοῦντα τῆς Θρᾴκης ὡρμίσθησαν, οἱ δὲ εἰς τὸν Αἰάντειον εἰσέπλευσαν λιμένα.

XXIV. Postridie eius diei, quum vehementes aquilonis flatus essent, Abantus egressus Aiacis e portu, naualem ad pugnam se parabat. Sed quod ex triginta remorum naues, quæ ad ostium Hellesponti substiterant, iam mandato ducum Elæuntem

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοῦ βορέου πολλοῦ πνεύσαντος, προελθὼν Ἄβαντος τοῦ Αἰαντείου λιμένος, εἰς ναυμαχίαν παρε- 2 σκευάζετο. τῶν δὲ μεινάντων ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἑλλησπόντου πεντηκοντόρων, ἐκ προστάγματος τῶν στρατηγῶν ἀφικομένων εἰς Ἐλαιοῦντα, καταπλα-

43. αὐτῶν. Sylburgius pro αὐτῶν substitui vult ναυτῶν nautarum, & καὶ postponi Pronomini αὐτῶν.

περιπλαγεὶς ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν Ἄβαντος, [44] ἐνεδύαζεν ἐπιπλεῦσαι τοῖς ἐναντίοις. [3] περὶ δὲ μέσην ἡμέραν ὑπερέρρει μὲν τὸ βόρειον πνεῦμα, νότος δὲ πνεύσας πολὺς, καὶ τὸν Λικιννίου στόλον πρὸς τῇ τῆς Ἀσίας εὑρὼν ἠϊόνι, τὰς μὲν ὀκέλλειν ἐποίει, τὰς δὲ πέτραις προσήρασσε, τὰς δὲ αὐτάνδρους κατέδυεν· [4] ὥστε ἄνδρας μὲν πεντακισχιλίους, ναῦς δὲ αὐτάνδρους διαφθαρῆναι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν, δι' ὧν ἔτυχεν ὁ Λικίννιος τοῦ στρατοῦ μέρος ἐκ τῆς Θράκης εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμψας, οἷα στενοχωρουμένων τῷ πλήθει τῶν μετὰ Λικιννίου πολιορκουμένων ἐν τῷ Βυζαντίῳ. [5] φυγόντος δὲ Ἄβαντος μετὰ τεσσάρων νεῶν εἰς τὴν Ἀσίαν, τῆς μὲν ναυμαχίας τοῦτον διεπολεμήθη τὸν τρόπον· πλοίων δὲ παντοῖα κομιζόντων φορτία εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ἀφικομένων, καὶ

se contulissent, Abantus nauium multitudine territus, de inuadendis hostibus animi dubius hærebat. Circa meridiem flatus aquilonalis remittebat, & exortus auster vehemens, Licinnii classem ad litus Asiaticum repertam, partim in ipsum litus eiecit, partim saxis impegit, partim cum vectoribus demersit: ita quidem, vt hominum quinque millia, naues cum hominibus centum & triginta perirent; quibus e Thracia partem exercitus in Asiam Licinnius propterea transmiserat, quod illis cum eo intra vrbem obsessis, Byzantium præ multitudine nimis artum fuisset. Quum autem in Asiam nauibus quatuor Abantus aufugisset, & nauale prælium hoc modo pugnatum esset; iamque naues ad Hel-

 lespon-

44. ἐνεδύαζεν. Rectius scribet ἐνεδοίαζεν. Steph.

lespontum adpulissent, quæ varias merces & maximam commeatus copiam Constantini ducibus attulerant: vniuersa illi cum classe soluunt, vt se cum iis, qui Byzantium obsidebant, coniungerent, & vrbem mari quoque cingerent. Licinnii pedites, quum ne conspectum quidem copiarum illarum nauticarum sustinuissent, nauigia nacti Elæuntem discesserunt.

πλείςην ἐπιτηδείων εὐπορίαν τοῖς Κωνςαντίνε ςρατηγοῖς ἐμποιησάντων, ἀνήγοντο μὲν ἅτοι μετὰ τῦ ςόλε παντὸς, ὡς τοῖς τὸ Βυζάντιον πολιορκῦσι συμμίξοντες, κυκλωσάμενοι δὲ καὶ διὰ θαλάσσης τὴν πόλιν· οἱ δὲ λικιννίε πεζοὶ, μηδὲ τὴν θέαν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ὑποςάντες, ἐπιλαβόμενοι νεῶν εἰς τὸν Ἐλαιῦντα ἀπέπλεον. 6

XXV Constantinus obsidione vrgens, quum aggerem paris cum muro altitudinis excitasset, & turres ligneas, ipso muro sublimiores, in aggere constituisset, de quibus muri defensores telis petebantur, vt arietes aliæque machinæ muro citra periculum admouerentur; vrbem omnino capere cogitabat. His Licinnius ad inopiam consilii redactus, statuit, deser-

Ἐγκείμενος δὲ τῇ πολιορκίᾳ Κωνςαντῖνος, καὶ χῶμα ἴσον ἔχον ὕψος τῷ τείχει κατασκευάσας, πύργυς τε ςήσας ἐπὶ τῦ χώματος ξυλίνυς, ὑψηλοτέρυς τῦ τείχυς, δι᾽ ὧν τὺς τὸ τεῖχος φυλάττοντας κατετόξευον, ὡς ἂν ἐπ᾽ ἀδείας κριὺς καὶ ἄλλας μηχανὰς τῷ τείχει προσάγοι, διενοεῖτο τὴν πόλιν ἑλεῖν. 2 τύτοις ὁ Λικίννιος ἀπορύμενος, ἔγνω, καταλιπὼν τὸ Βυζάν-

ζάντιον, καὶ ἐν τούτῳ τὸ τῆς στρατιᾶς ἀσθενέστερον ἐάσας, μετὰ τῶν ἐπιτηδείων οἱ, καὶ δείγματα εὐνοίας εἰς αὐτὸν ἀποδειξαμένων, εἰς Χαλκηδόνα τῆς Βιθυνίας δραμεῖν· 3 ἐπίστευε γὰρ ὡς δυνήσεται, στρατιὰν ἐκ τῆς Ἀσίας συναγαγὼν, αὖθις ἀναμαχέσασθαι. 4 Διαπλεύσας τοίνυν εἰς τὴν Χαλκηδόνα, καὶ κοινωνὸν ἑλόμενος τοῦ κινδύνου Μαρτινιανὸν, ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὄντα, (μάγιστρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι) καίσαρα καθίστησι, καὶ μετὰ στρατιᾶς εἰς Λάμψακον ἐκπέμπει, κωλύσοντα τὴν ἀπὸ τῆς Θρᾴκης ἐπὶ τὸν

to Byzantio, & ibidem exercitus infirmiori parte relicta, cum maxime idoneis, qui & beneuolentiam ei suam probauerant, Chalcedonem Bithyniæ quamprimum se recipere. Nam fieri posse credebat, vt ex Asia collecto exercitu dimicaret denuo. Quamobrem nauigio Chalcedonem delatus, adiunctum sibi socium periculi *Martinianum*, qui ordinum palatinorum dux erat (Romani magistrum [45] officiorum vocant) cæsarem dicit, & cum exercitu Lampsacum mittit, impediturum, quo

45. *Magistrum officiorum.* Singula officia Palatina habebant principes suos: qui & *primates officii* dicebantur, & *priores.* Vnus tamen erat, qui proprie *princeps officii* dicebatur tam in palatinis officiis, quam in officiis præsidum & rectorum prouinciarum. Præter hos principes singulorum officiorum erat *magister officiorum,* qui omnibus officiis præerat, & omnium officiorum palatinorum, & principum officiorum princeps fuit & magister. *Salmas. ad Capitolini M. Philosophum c. 8.* Ceterum vbi in Græco est τῶν ὀφφικίων, Leuncl. & Pal. codd. habent τούτων ὀφφικίων. Vnde suspicatur Sylb. Zosimum scripsisse, μάγιστρον τοῦτον. ὀφφικίων καλοῦσι, omisso Articulo, Latino more.

quo minus hostes e Thracia transirent ad Hellespontum: ipse copias suas in collibus & faucibus ad Chalcedonem, collocat.

Ἑλλήσποντον τῶν ἐναντίων 5 διαβᾶσιν· αὐτὸς δὲ εἰς τοὺς λόφους καὶ τὰς περὶ τὴν Χαλκηδόνα φάραγγας τὴν οἰκείαν ἔταττε δύναμιν.

XXVI. His rebus intento Licinnio, Constantinus, qui & onerariarum & bellicarum nauium ingentem numerum haberet, & per has aduerso litore potiri vellet, veritus inaccessas onerariis præsertim nauibus Bithynici litoris oras; celoces & cymbas quam citissime struit, & iis ad Promontorium sacrum, quod dicitur, ad ostium Ponti situm, quodque Chalcedone ducentis stadiis abest, nauigat: & expositis ibi copiis, quosdam in colles adscendit, ac in iis aciei struendæ locum capit. Licinnius,[46] quamquam

Τούτου δὲ ὄντος ἐν τούτοις, ὁ Κωνσταντῖνος ἔχων πλῆθος νεῶν καὶ φορτίδων καὶ πολεμιστηρίων, διὰ τούτων τε βουλόμενος τῆς ἀντιπέρας ἠϊόνος κρατῆσαι, δεδιὼς τὸ τῆς κατὰ Βιθυνίαν ἠϊόνος ναυσὶ μάλιστα φορτίσι δυσπρόσοδον, κέλητας καὶ ἀκάτια ταχύτατα κατασκευάσας, ἐπὶ τὸ λεγόμενον ἱερὸν ἄκρον, πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου κείμενον, ἀναπλεῖ, σταδίοις διακοσίοις Χαλκηδόνος διεστηκός· κἀνταῦθα τὴν στρατιὰν ἀποβιβάσας, ἐπί τινας λόφους ἀνῄει, καὶ ἐξ αὐτῶν 2 παρετάττετο. Λικίννιος δὲ τὴν Βιθυνίαν ἐχομένην ὑπὸ τῶν ἐναντίων ὁρῶν, ἐν

46. Sylburgius in notis etiam aliam versionem adposuit: *Licinius, qui Bithyniam ab hostibus teneri cerneret, suamque operam omnibus probaret periculis, Martinia-*

ἐν πᾶσί τε κινδύνοις ἐξεταζόμενος, Μαρτινιανὸν μὲν ἐκ τῆς Λαμψάκου μετακαλεῖται· τοὺς δὲ στρατιώτας παραθαρσύνας, καὶ αὐτὸς ἡγήσεσθαί σφισι καθυποσχόμενος, συνέταττε τὸ στρατόπεδον ὡς ἐς μάχην· καὶ τῆς πόλεως προελθὼν, ἀπήντα παρεσκευασμένοις ἤδη τοῖς ἐναντίοις. 3 μάχης δὲ καρτερᾶς ἐν τοῖς μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ τοῦ ἱεροῦ τόποις γενομένης, παρὰ πολὺ τὸ Κωνσταντίνου μέρος ἐκράτει, σὺν πολλῷ τε τόνῳ τοῖς πολεμίοις ἐπιπεσὸν, τοσοῦτον εἰργάσατο φόνον, ὥστε ἀπὸ τριῶν καὶ δέκα μυριάδων τρεῖς μόλις διαφυγεῖν. 4 Βυζάντιοι μὲν οὖν, ἅμα τοῦ ταῦτα γενέσθαι, τὰς πύλας ἀναπετάσαντες ἐδέχοντο Κωνσταντῖνον. ἐποίουν δὲ ταὐτὸ καὶ Χαλκηδόνιοι. 5 Λικίννιος δὲ μετὰ τὴν ἧτταν ἐς Νικομήδειαν ἐχώρει σὺν τοῖς περιλειφθεῖσιν ἱππεῦσι, καὶ πεζῶν χιλιάσιν ὀλίγαις.

ab hoste Bithyniam teneri cerneret; tamen vt vir omnibus periculis exercitus, Lampsaco Martinianum arcessit, & milites exhortatus, quibus se præiturum diceret, ordines ad pugnam instruit, oppidoque egressus hostibus iam paratis occurrit. Acri pugna in locis Chalcedoni & fano interiectis inita, longe Constantini pars superior erat, quæ hostes ingenti cum impetu adorta, tantam cædem edidit, vt de centum & triginta millium numero, vix triginta millia euaderent. Quum primum hæc euenissent, Byzantii Constantinum portis apertis accipiunt: idem & Chalcedoniis factitantibus. Licinnius victus Nicomediam cum equitibus reliquis, & paucis peditum millibus, contendit.

In

num Lampsaco arcessit, i. e. cum videret suis vnius humeris omnia subeunda superandaque esse pericula.

XXVII

In hoc tempore Persa quidam, cui nomen Hormisdes, regio sanguine procreatus, ad imperatorem Constantinum ex huiusmodi causa transfugit. 2 Quum pater eius, qui rex Persarum erat, diem suum natalem more Persico celebraret: Hormisdes regiam ingressus est, magna secum adlata ferinæ copia. 3 Quum inuitati ad conuiuium nullo eum honore dignati essent, nec, vti decuerat, adsurrexissent; indignatus, eis se Marsyæ mortem illaturum minatus est. 4 Eam orationem complures, vt peregrinam, non intelligebant: sed Persa quidam, qui vixisset in Phrygia, & narrationem de Marsya audiuisset, minarum Hormisdæ sententiam adsidentibus exponebat. 5 Illi, memoria minarum suis animis inscripta, quum primum patrem

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πρὸς βασιλέα Κωνσταντῖνον ηὐτομόλησε Πέρσης ἀνήρ, Ὁρμίσδης ὄνομα, τοῦ βασιλείου γένους, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. 2 ὁ πατὴρ αὐτοῦ Περσῶν βασιλεύοντος, καὶ τὴν γενέθλιον ἐπιτελοῦντος κατὰ τὸν Περσῶν νόμον ἡμέραν, Ὁρμίσδης εἰσῄει θήραν πολλὴν εἰσαγαγὼν εἰς τὰ βασίλεια. 3 τῶν δὲ παρακληθέντων εἰς τὴν εὐωχίαν οὐ τιμησάντων αὐτὸν, οὐδὲ κατὰ τὸ καθῆκον ἐπαναστάντων, ἀγανακτήσας ἠπείλησε τὸν Μαρσύου μόρον αὐτοῖς ἐπιθήσειν. 4 οἱ μὲν οὖν πλείους ἠγνόησαν τὸν λόγον, οἷα δὴ οὐκ ἐπιχώριον ὄντα. Πέρσης δέ τις, ἐπιδημήσας τῇ Φρυγίᾳ, καὶ τὸ κατὰ τὸν Μαρσύαν ἀκηκοὼς διήγημα, τῆς ἀπειλῆς Ὁρμίσδου τὴν ἔννοιαν τοῖς παρακαθημένοις ἐξεῖπεν. 5 οἱ δὲ κατασχόντες ἐν μνήμῃ τὴν ἀπειλὴν, ἐπειδὴ τὸν πατέρα τὸν Ὁρμίσδου τελευτῆσαι συνέβη, μεμνημένοι τῶν ἀπειληθέν-

των, τὸν μὲν ἀδελφὸν τοῦ αὐτοῦ νεώτερον ὄντα βασιλέα χειροτονοῦσι, καὶ ταῦτα, τοῦ νόμου τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέως παίδων δεδόντος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν· Ὁρμίσδη δὲ πέδας ἐπιθέντες, ἐφύλαττον ἔν τινι λόφῳ πρὸ τοῦ ἄστεος ὄντι. 6 χρόνου δέ τινος διαγενομένου, ἡ τούτου γυνὴ τοιόνδε τρόπον αὐτῷ μηχανᾶται φυγήν· 7 ἰχθὺν ἀγρεύσασα μέγαν,[47] ῥίνην σιδηρᾶν ἐντίθησι τῇ τούτου νηδύϊ, καὶ ἀναρράψασα δίδωσιν εὐνούχῳ τῶν πιστοτάτων· εἰπεῖν αὐτὸν Ὁρμίσδη κελεύσασα, παρόντος οὐδενὸς φαγεῖν τὸν ἰχθὺν, καὶ τοῖς κατὰ τὴν τούτου νηδὺν εὑρισκομένοις χρήσασθαι πρὸς βοήθειαν. 8 τοῦτο βουλευσαμένη, καμήλους ἐκπέμπει πλήρεις οἴνου καὶ ἀφθόνου τροφῆς, εὐωχεῖσθαι διδοῦσα τοῖς τὸν ἄνδρα φυλάττουσιν. 9 ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν φύλακες τῇ εὐωχίᾳ προσεῖχον, Ὁρμίσ-

Hormisdæ mori contigit, earum recordati, fratrem ipsius natu minorem regno præficiunt, quantumuis lex maiori natu inter regios liberos rerum summam tribueret: Hormisdam vero compedibus vinctum, in sito quodam ante vrbem colle custodiunt. Posteaquam aliquid temporis intercessisset, vxor eius hoc modo molitur, vt euaderet. Magno pisce capto, limam ventri eius indit: eoque rursum consuto, piscem eunucho fidelissimo tradit: cum mandato, vt Hormisdæ diceret, hoc pisce nemine præsente vesceretur, & ad opem eo, quod in illius ventre reperiret, vteretur. Hoc captato consilio, camelos ablegat vino cibisque copiosis oneratos, & mariti custodibus epulum præbet. Interea dum epulo custo-

47. ῥίνην. Sic Steph. emendauit scriptum ῥίνα.

stodes intenti sunt, Hormisdas, pisce discerpto, limam inuenit: qua quum pedibus iniectas compedes dissecuisset, & eunuchi stolam induisset, per medios custodes iam temulentos egressus est, sumtoque secum vno ex eunuchis, ad regem Armeniorum, amicum & hospitem suum, peruenit: cuius opera tutus & incolumis ad Constantinum se contulit, qui eum omni tum honore, tum respectu dignatus est. Sed hæc quidem vt accidere, narrata sunto.

δης τὸν ἰχθὺν διελὼν, εὗρε τὴν ῥίνην· τὰς δὲ ἐπικειμένας τοῖς ποσὶ πέδας διατεμὼν, ἀναλαβών τε τὴν τοῦ εὐνούχου στολὴν, διὰ μέσων τῶν φυλάκων ἤδη μεθυόντων ἐξῄει. καὶ τῶν εὐνούχων ἕνα συμπαραλαβὼν, ἀφικνεῖται πρὸς Ἀρμενίων βασιλέα, φίλον ὄντα καὶ ξένον αὐτοῦ· καὶ διὰ τούτου μετ' ἀσφαλείας διασωθεὶς, τῷ Κωνσταντίνῳ προσέδραμε, καὶ πάσης ἠξιώθη τιμῆς τε καὶ θεραπείας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπως ἔσχεν, ἀφηγησάμην.

XXVIII. QVum autem Constantinus etiam Nicomediæ Licinnium obsideret, rebus ille desperatis, quod etiam sciret nullas sibi restare iustas & satis amplas ad dimicandum copias; egressus vrbe, supplex Constantino factus est, & adlata purpura, imperatorem ac

Κωνσταντῖνος δὲ τὸν Λικίννιον καὶ ἐν τῇ Νικομηδείᾳ πολιορκοῦντος, ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν, ἐπιστάμενός τε ὡς οὐδεμίαν δύναμιν ἀξίαν ἔχει πρὸς μάχην ἐξιοῦσαν, τῆς πόλεως προελθὼν, ἱκέτης τοῦ Κωνσταντίνου καθίσταται, καὶ τὴν ἁλουργίδα προσαγαγὼν, βασιλέα τε καὶ δεσπότην ἐβόα, συγγνώ-

μὴν ἐπὶ τοῖς παραλαβοῦσιν αὐτῶν. ἐθάῤῥει γὰρ ὡς βιώσεσθαι, τῆς αὐτοῦ γαμετῆς ὅρκους ἐπὶ τούτῳ παρὰ Κωνσταντίνου λαβούσης. ὁ δὲ Κωνσταντῖνος Μαρτινιανὸν μὲν παρεδίδου τοῖς δορυφόροις ἐπὶ θανάτῳ, Λικίννιον δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐκπέμψας, ὡς βιωσόμενον αὐτόθι σὺν ἀσφαλείᾳ, μετ' οὐ πολὺ τοὺς ὅρκους [48] πατήσας, (ἦν γὰρ τοῦτο αὐτῷ σύνηθες) ἀγχόνῃ τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀφαιρεῖται.

dominum clamabat, [2] veniamque præteritorum poscebat. Nam vitam sibi certo pollicebatur, cuius nomine iusiurandū vxori eius a Constantino præstitum fuerat. [3] Martinianum Constantinus satellitibus suis occidendum tradidit, Licinnio Thessalonicam ablegato, velut istic secure victuro: neque multo post ei, violata iurisiurandi religione (quod quidem Constantino non insolens erat) laqueo vitam ademit.

M Post-

48. τοὺς ὅρκους πατήσας, *violata iurisiurandi religione.* S. Hieronymus, interpres Chronici Eusebiani, etiam non veretur scribere: *Licinius Thessalonica contra ius sacramenti priuatus occiditur.* Christianorum alii excusant factum Constantini: & Orosius quidem 7, 28. quod *Herculii Maximiani, soceri sui motus exemplo, ne iterum depositam purpuram in perniciem reip. sumeret, priuatum iusserit occidi.* Zonaras autem, ἄπιστον πολλάκις, *sæpe fœdifragum*, a militibus, post concessam a Constantino salutem, postulatum esse ad supplicium Senatu R. consentiente, scribit; nec priuatum ἠρεμηκέναι *quietum fuisse*, sed τυραννίδα μελετᾶν, *tyrannidem denuo affectasse.* Cedrenus clarius: πάλιν ἐκεῖσε νεωτερίζειν ἐμελλε, βαρβάρους μισθούμενος, *ibi* (Thessalonicæ) *iterum, conductis barbaris, res nouas moliri conatus est.* Eadem de barbaris clanculum solicitatis habet Socrates l. 1. Hist. Eccles. c. 4. τοὺς ἄλλους ἡσυχάσας, ὕστερον βαρβάρους τινὰς συναγαγὼν, ἀναμαχέσασθαι τὴν ἧτταν ἐσπούδαζεν.

XX. IX. POsteaquam vniuersum imperium ad vnius Constantini potestatem rediisset, non iam amplius insitam a natura malitiam tegebat: sed indulgens animi libidini, omnia pro 2 imperio agebat. Et patritis adhuc sacris vtebatur, non tam honoris religionisue caussâ, quam necessitatis: quo fiebat, vt & hariolis, si qui essent experientes, 3 fidem haberet, veluti qui vera ei de rebus omnibus feliciter gestis prædixissent. At vbi Romam venit, omnis 4 adrogantiæ plenus, ab

Περιστάσης δὲ τῆς πάσης εἰς μόνον Κωνσταντῖνον ἀρχῆς, οὐκέτι λοιπὸν τὴν κατὰ φύσιν ἐνοῦσαν αὐτῷ κακοήθειαν ἔκρυπτεν, ἀλλὰ ἐνεδίδου τῇ κατ' ἐξουσίαν ἅπαντα πράττειν. ἐχρῆτο δὲ ἔτι καὶ τοῖς πατρίοις ἱεροῖς, οὐ τιμῆς ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας· ᾗ καὶ μάντεσιν ἐπείθετο πεπειραμένοις, ὡς ἀληθῆ προειπᾶσιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς κατωρθωμένοις αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, μεστὸς πάσης ἀλαζονείας, ἀφ' ἑστίας ᾠήθη δεῖν ἄρξασθαι τῆς ἀσεβείας. Κρίσπον [49] γὰρ παῖδα, τῆς τοῦ καίσαρος (ὡς εἰρη-

49. Crispi & Faustæ necem scripserunt Christiani, Hieronymus de Script. Eccles. in Lactantio, Zonaras, Suidas in Κρίσπος, Orosius 7, 28. Sidonius Apollinaris l. 5. epist. 8. E gentilibus Aurelius Victor alter, & Eutropius. Caussam, quare Eusebius in Hist. taceat, Leunclauius in Apologia aperuit. Omnium planissime Zonaras hoc negotium descripsit, scilicet a Fausta ad amores illicitos frustra priuignum Crispum solicitatum esse, & tandem patri delatum, quasi ipse adpetiisset in nouerca, quod singulari sanctitate recusauerat. Constantinum præcipiti iudicio damnasse filium, &, quod Sidonius adiicit, *frigoris veneni* sustulisse; mox fraude mulieris inuenta, & ipsam manibus priuigni comitem accessisse.

εἴρηταί μοι πρότερον) ἠξιωθέντα τιμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τοῦ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι, τοῦ τῆς φύσεως θεσμοῦ μηδένα λόγον ποιησάμενος, ἀνεῖλε. 5 τῆς δὲ Κωνσταντίνου μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ τῷ τηλικούτῳ πάθει δυσχεραινούσης, καὶ ἀσχέτως τὴν ἀναίρεσιν τοῦ νέου φερούσης, παραμυθούμενος ὥσπερ αὐτὴν ὁ Κωνσταντῖνος, κακῷ τὸ κακὸν ἰάσατο μείζονι. 6 βαλανεῖον γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρωθῆναι κελεύσας, καὶ τούτῳ τὴν Φαῦσταν ἐναποθέμενος, ἐξήγαγε νεκρὰν γενομένην. ταῦτα συνεπιστάμενος ἑαυτῷ, καὶ προσέτι γε ὅρκων καταφρονήσεις, προσῄει τοῖς ἱερεῦσι καθάρσια τῶν ἡμαρτημένων αἰτῶν. 7 εἰπόντων δὲ ὡς οὐ παραδέδοται καθαρμοῦ τρόπος δυσσεβήματα τηλικαῦτα καθῆραι δυνάμενος, Αἰγύπτιός τις ἐξ Ἰβηρίας εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, καὶ ταῖς εἰς τὰ

ipso lare sibi sumendum impietatis exordium putauit. Nam Crispum filium, cæsaris (vt ante dictum est) ornatum titulo, quod in suspicione venisset, quasi cum Fausta nouerca consuesceret, nulla ratione iuris naturalis habita, sustulit. Quumque Constantini mater Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde iuuenis dolorem perciperet: quasi consolans eam Constantinus, malum malo maiori sanauit. Nam quum balineum accendi supra modum iussisset, eique Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit. Horum ipse sibi conscius, & præterea contemtæ sacramentorum religionis: ad flamines accedens admissorum lustrationes poscebat. Illis respondentibus, non esse traditum lustrationis modum,

dum, qui tam fœda eluere piacula posset: Ægyptius quidam, ex Hispania Romam delatus, palatinisque mulierculis familiaris factus, & ad Constantini colloquium admissus, sententiam doctrinæ Christianorum habere vim abolendi quodcunque 8 peccatum confirmauit, & id ipsum adeo polliceri; nimirum acceptantes eam homines impios, mox omni delicto liberari. Eam orationem quum non grauate Constantinus accepisset, ac patrita missa faceret, perceptis iis, quæ hic Ægyptius offerebat; principium impietatis hoc dedit, vt

βασίλεια γυναιξὶ συνήθης γενόμενος, ἐντυχὼν τῷ Κωνσταντίνῳ, πάσης ἁμαρτάδος ἀναιρετικὴν εἶναι τὴν τῶν Χριστιανῶν διεβεβαιώσατο δόξαν· καὶ τοῦτο ἔχειν ἐπάγγελμα, τὸ τοὺς ἀσεβεῖς μεταλαμβάνοντας αὐτῆς, πάσης ἁμαρτίας ἔξω παραχρῆμα καθίστασθαι. 8 δεξαμένου [50] δὲ ῥᾷστα Κωνσταντίνου τὸν λόγον, καὶ ἀφεμένου μὲν τῶν πατρίων, μεταλαχόντος δὲ ὧν ὁ Αἰγύπτιος αὐτῷ μετεδίδου, τῆς ἀσεβείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, τὴν μαντικὴν 9 ἔχειν ἐν ὑποψίᾳ. πολλῶν γὰρ αὐτῷ διὰ ταύτης προρρηθέντων εὐτυχημάτων καὶ ἐκβάντων εἰς ἔργον, ἐδεδίει μήποτε καὶ ἄλλοις καταὐτοῦ τι

πυν-

50. Parachronismus, ex odio pagani hominis in Christianam rem profectus. Dudum Christo nomen dederat Constantinus, tempore ciuilis belli cum Maxentio; saltem finito bello Liciniano, vt constans est Christianorum sententia. At Crispus cum Fausta XX imperii anno interiit. Præterea falsum est, paganos, pro superstitione sua, nullam parricidii expiationem habuisse, id quod Sozomenus Hist. Eccl. lib. 1. c. 5. Herculis Alcmenæ filii exemplo confutat, qui *μετὰ τὴν τεκνοκτονίαν τῆς Δήμητρος μυστηρίοις ἐκαθάρθη, post trucidatos liberos Cereris sacris expiatus fuerit.*

πυνθανομένοις τὸ ἐσόμενον προῤῥηθείη· καὶ ἐκ ταύτης τῆς προαιρέσεως πρὸς τὸ ταῦτα καταλύειν ἐτράπη. τῆς δὲ πατρίου καταλαβούσης ἑορτῆς, καθ' ἣν ἀνάγκη τὸ στρατόπεδον ἦν ἰέναι εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἄνοδον ὀνειδίζων ἀναιδῶς, καὶ τὴν ἱερᾶς ἁγιστείας καταπατήσας, εἰς μῖσος τὴν γερουσίαν καὶ τὸν δῆμον ἀνέστησεν.

diuinationem suspectam haberet. Nam quod ei multæ res prosperæ per hanc prædictæ fuissent, euentumque re ipsa sortitæ: verebatur, ne itidem aliis aduersus ipsum hanc consulentibus, id quod futurum esset, prædiceretur: atque hoc consilio impulsus, ad huiusmodi abolenda se conuertit. Quum autem dies quidam more patrio festus adpetiisset, quo die in Capitolium exercitui adscendendum erat: eum adscensum verbis contumeliosis impudenter insectans, & a ritu sacrorum recedens, senatus atque populi odium incurrit.

Οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὰς παρὰ [1] πάντων, ὡς εἰπεῖν, βλασφημίας, πόλιν ἀντίῤῥοπον τῆς Ῥώμης ἐζήτει, καθ' ἣν αὐτὸν ἔδει βασίλεια καταστήσασθαι. γενόμενος δὲ μεταξὺ Τρωάδος καὶ τῆς

XXX. QVumque profectas ab omnibus, prope dixerim, exsecrationes haud ferret, vrbem quamdam Romæ parem quærebat, in qua palatium ipse sibi conderet. Itaque quum

 venis-

[1] περὶ πάντων. Non ab omnibus, sed a peruicacissimis tantum paganis, quorum pertinaci impietate inter alia adductus Romam deferendam putauit, vt Constantinopolim, Christo magis addictam ciuitatem, dedicaret.

venisset inter Troadem & priscum illud Ilium, inuento loco vrbi condendæ idoneo, fundamenta iecit, & muri partem aliquam in altum egit, quam adhuc videre est, si qui versus Hellespontum nauigent. Sed quod eum huius operis instituti pœnituisset, eo relicto, vt erat imperfectum, *Byzantium* concessit, cuius vrbis situm admiratus, eam quam maxime statuit amplificandam, & efficiendam idoneam, vt principis in ea domicilium esset. Nam vrbs in colle sita est, eius Isthmi partem complexa, quem Isthmum id, quod Ceras siue Cornu vocant, & Propontis, efficiunt. Et olim quidem eo loco portam habebat, quo loco, porticus illæ desinunt, quas Seuerus imperator exstruxit, quum suas aduersus Byzantios iras deposu-

ἀρχαίας Ἰλίου, καὶ τόπον εὑρὼν εἰς πόλεως καταβολὴν ἐπιτήδειον, θεμελίους τε ἐπήξατο, καὶ τείχους τι μέρος εἰς ὕψος ἀνέστησεν· ὅπερ ἄχρι νῦν ὁρᾶν ἔνεστι τοῖς ἐπὶ τὸν 3 Ἑλλήσποντον πλέουσιν. ἐλθὼν δὲ εἰς μεταμέλειαν, καὶ ἀτελὲς τὸ ἔργον καταλιπὼν, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον 4 ᾔει. θαυμάσας δὲ τὴν τῆς πόλεως θέσιν, ἔκρινε ταύτην ὅτι μάλιστα αὐξῆσαι, καὶ ἐς βασιλέως οἴκησιν ἁρμοδίαν κατα- 5 στῆσαι. κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου, μέρος ἐπέχουσα τοῦ ἰσθμοῦ, ὃ διὰ τοῦ καλουμένου Κέρατος καὶ τῆς Προπον- 6 τίδος ἐκλελυμένου. καὶ τὸ μὲν παλαιὸν εἶχε τὴν πύλην ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν στοῶν, ἃς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς ᾠκοδομήσατο, παυσάμενος τῆς κατὰ Βυζαντίων ὀργῆς, ὅτι Νίγρον ὑπεδέξαντο πο- 7 λέμιον ὄντα· τὸ δὲ τεῖχος διὰ τοῦ λόφου καθειμένον ἦν ἀπὸ τοῦ δυτικοῦ μέρους ἄχρι τοῦ τῆς Ἀφροδίτης

δίτης ναοῦ, καὶ θαλάσσης τῆς ἀντικρὺ Χρυσοπόλεως. 8 ἀπὸ δὲ τοῦ βορείου λόφου κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καθιὸν ἄχρι τοῦ λιμένος, ὃ καλοῦσι νεώριον, καὶ ἐπέκεινα μέχρι θαλάσσης, ἣ κατ' εὐθὺ κεῖται τοῦ στόματος, δι' οὗ πρὸς τὸν Εὔξεινον ἀνάγονται Πόντον. μῆκος δὲ ἔχει τὸ 9 στενὸν τοῦτο μέχρι τοῦ Πόντου σταδίων περί που τριακοσίων. τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον τῆς πόλεως μέγεθος τοῦτο ἦν. ἀγορὰν δὲ 10 ἐν τῷ τόπῳ, καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς διστεγέσι ταύτην περιλαβὼν, ἀψῖδας δύο μαρμάρου [52] Προικοννησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀντίας ἀπετύπωσε, δι' ὧν ἔνεστιν εἰσιέναι εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς, καὶ τῆς πάλαι πόλεως ἐξιέναι. πολλῷ δὲ 11 μείζονα τὴν πόλιν ἀποφῆναι βουλόμενος, τοῦ πάλαι τείχους ἐπέκεινα σταδίοις πεντεκαίδεκα τεί-

isset, qui hostem ipsius Nigrum in vrbem admiserant. Murus per collem demissus ab occidentali parte, vsque ad Veneris ædem & ipsum mare pertinebat, quod est e regione Chrysopolis. Eodem modo & ab aquilonali colle deorsum ductus erat vsque ad portum, quod Nauale dicunt, & vlterius vsque ad mare, quod directo situm est ad id ostium, per quod in Euxinum Pontum nauigatur. Et artum quidem hoc terræ spatium ad Pontum vsque trecentis plus minus stadiis in longitudinem patet. Hæc prisca ciuitatis amplitudo erat. Constantinus autem eo loco, quo loco quondam porta erat, exstructo foro rotundo, quod porticibus distegis inclusit; fornices duos e marmore

a. *Proeconesio marmore.* Προκόννησος insula Propontidis, πόλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαι-

Præconesio maximos fecit, oppositos sibi: per quos ire licet in Seueri porticus, & vrbe prisca egredi. Quumque vrbem longe maiorem efficere vellet, eam vltra veterem murum decem & quinque stadiis muro nouo circumdedit, qui totum Isthmum a mari ad mare complecteretur.

καὶ περιέβαλε τ πόλιν, ἀπολαμβάνοντι πάντα τ ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν.

XXXI Hoc modo quum vrbem priore multo ampliorem reddidisset, regiam quoque condidit, Romana non multo minorem. Itidem Circum ad omnem elegantiam perpoliuit, cuius partem fecit Castoris & Pollucis ædem, quorum simulachra nunc etiam in porticibus Hippodromi stantia videre licet. Statuit & quadam in parte Circi Apollinis Delphici tripodem ipsius Apollinis simulacrum in se continentem. Quumque Byzantii forum maximum esset,

Τούτῳ τῷ τρόπῳ πολλῷ μείζονα τῆς προτέρας ἀποτελέσας, καὶ βασίλεια κατεσκεύασεν οὐ πολλῷ τῆς Ῥώμης ἐλάττονα· καὶ τὸν ἱππόδρομον εἰς ἅπαν ἐξήσκησε κάλλος, τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν μέρος αὐτοῦ ποιησάμενος, ὧν καὶ τὰ δείκηλα μέχρι νῦν ἔστιν ἐπὶ τῶν τοῦ ἱπποδρόμου στοῶν ἑστῶτα ἰδεῖν. 2 ἔστησε δὲ κατά τι τοῦ ἱπποδρόμου μέρος καὶ τὸν τρίποδα τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος, ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα. ὄντος δὲ ἐν τῷ Βυζαντίῳ μεγίστης ἀγορᾶς τε-

τραγώνου

νούμενον, vrbem habens, & fodinam lapidis albi, valde laudatam. Strab. lib. 13. Adde Plin. lib. 5. extr. qui etiam *Proconnesum* scribit sine diphthongo.

τετράστοον, κατὰ τὰς τῆς μιᾶς στοᾶς ἄκρας, εἰς ἣν ἀνάγουσιν οὐκ ὀλίγοι βαθμοί, ναοὺς ᾠκοδομήσατο δύο, ἐγκαθιδρύσας ἀγάλματα, θατέρῳ μὲν μητρὸς θεῶν Ῥέας, ὅπερ ἔτυχον οἱ σὺν Ἰάσονι πλεύσαντες ἱδρυσάμενοι κατὰ τὸ Δίνδυμον ὄρος, τὸ Κυζίκου τῆς πόλεως ὑπερκείμενον. 3 Φασὶ δὲ ὡς καὶ τοῦτο διὰ τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐλωβήσατο ῥᾳθυμίαν, τούς τε περὶ ἑκάτερα λέοντας ἀφελὼν, καὶ τὸ σχῆμα τῶν χειρῶν ἐναλλάξας. 4 κατέχειν γὰρ πάλαι δοκοῦσα τοὺς λέοντας, νῦν εἰς εὐχομένης μεταβέβληται σχῆμα, τὴν πόλιν ἐφορῶσα καὶ περιέπουσα. ἐν δὲ θατέρῳ Ῥώμης ἱδρύσατο Τύχην. 5 κατασκευάσας δὲ οἰκίας τισὶ τῶν ἐκ τῆς γερουσίας ἀκολουθήσασιν αὐτῷ, διετέλεσε πόλεμον οὐδένα κατορθώσας. 6 Ἐπελθόντων δὲ Ταϊφάλων, Σκυθικοῦ γένους, ἱππεῦσι πεντακοσίοις, οὐ μόνον οὐκ ἀντετάξατο τούτοις, ἀλλὰ καὶ τὸ πο-

quatuor porticibus inclusum: ad extremas partes vnius ex hisce porticibus, ad quam gradus non pauci sursum ducunt, ædes duas exstruxit, collocato in harum altera matris deûm Rheæ simulacro, quod in monte Dindymo, qui oppido Cyzico imminet, olim illi constituerant, quos Iason nauigationis socios habuit. Et aiunt eum hoc, quadam ex vecordia, nihili faciente res diuinas, mutilasse, leonibus vtrimque sublatis, & manuum figura mutata. Nam quum olim tenere leones videretur, nunc speciem precantis exhibet, vrbem inspectans & obseruans. In altera Fortunæ Romanæ simulacrum posuit. Præterea quibusdam Roma sequutis eum senatoribus domos ædificauit. Nec iam bellum vllum amplius gerebat: adeo

quidem vt Thaifalis, natione Scythica, cum equitibus quingentis irruentibus, non modo nullas copias aduersus eos in aciem eduxerit: sed etiam parte maiori exercitus amissa, quum hostes ad ipsum vallum vsque omnia diripere conspexisset, arrepta cuspide fuga sibi consuluerit.

λὺ τῆς δυνάμεως ἀποβαλὼν, καὶ τὰ μέχρι τοῦ χάρακος αὐτοὺς ληϊζομένους ἰδὼν, ἀγαπητῶς ἀποδρὰς διεσώθη.

XXXII A Bellorum curis vacuus, voluptariæque vitæ deditus plebi Byzantinæ publicam[53] annonam distribuit, quam & hactenus ille semper habuit. Quumque pecuniam publicam in plurimas inutiles structuras impenderet, quædam ædificauit, non multo post diruta, quod ob festinationem durabilia non essent. Conturbauit & magistratuum officia, iam olim instituta. Nam quum duo essent præfecti prætorio, qui hoc officium communiter gerebant:

Μὴ ἔχων δὲ ὅλως πόλεμον, καὶ τρυφῇ τὸν βίον ἐκδοὺς, διένειμε τῷ Βυζαντίων δήμῳ σίτησιν δημοσίαν, ἣν ἄχρι τοῦδε διέμεινεν ἔχων. εἰς οἰκοδομίας δὲ πλείστας ἀνωφελεῖς τὰ δημόσια χρήματα δαπανῶν, τινὰς κατεσκεύασεν, ἃ μικρὸν ὕστερον διελύετο, βέβαια διὰ τὴν ἔπειξιν οὐ γενόμενα. συνετάραξε δὲ καὶ τὰς πάλαι καθεσταμένας ἀρχάς. δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων, καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων, οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τούτων ᾠκονομεῖτο φροντίδι καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλ-

53. *annonam*. Huius annonæ in Iustinianeo codice fit mentio. *Sylb.*

ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτεταγμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν, καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις. ἡ γὰρ τῶν 5 ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, καὶ τῶν σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις, καὶ τὰ παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα ταῖς καθηκούσαις ἐπανώρθου κολάσεσι.

non palatini tantum ordines eorum cura potestateque gubernabantur, sed etiam ii, quibus vrbis erat commissa custodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim præfectorum prætorio magistratus, qui post Imperatorem secundus existimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem disciplinam admissa conuenientibus pœnis corrigebat.

Κωνσταντῖνος δὲ τὰ καλῶς καθεστῶτα κινῶν, μίαν οὖσαν ἐς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς. ὑπάρ- 2 χῳ γὰρ ἑνὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν πρὸς τῇ Πενταπόλει Λιβύης, καὶ τὴν ἑῴαν ἄχρι Μεσοποταμίας, καὶ προσέτι γε Κίλικας, καὶ Καππαδόκας, καὶ Ἀρμενίους, καὶ τὴν παράλιον ἅπασαν, ἀπὸ Παμφυλίας ἄχρι Τραπεζοῦντος, καὶ τῶν παρὰ τὸν Φᾶσιν φρουρίων, παρέδωκε· τῷ αὐτῷ καὶ Θρᾴ- 3 κην ἐπιτρέψας, Μυσίαν

XXXIII.

Constantinus autem recte constituta loco mouens, vnum hunc magistratum in quatuor imperia discerpsit. Nam vni præfecto prætorio totam Ægyptum cum Libyæ Pentapoli, & orientem ad Mesopotamiam vsque; & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam, a Pamphylia Trapezuntem vsque, & vsque ad castella propter Phasidem

sita tradidit: eidem & Thracia commissa, & Mysia, Hæmi, ac Rhodopes, ac Doberi oppidi finibus circumscripta. præterea Cyprum adiecit, & Cyclades insulas; Lemno, & Imbro, & Samothracia, exceptis. Alteri Macedones attribuit, & Thessalos, & Cretenses; & Græciam, & circumiacentes insulas, & Epirum vtramque; præter has & Illyrios, & Dacas, & Triballos, & Pannonios ad Valeriam vsque, & Mysiam superiorem. Tertio, totam Italiam, & Siciliam, & circumiacentes insulas, & Sardiniam, & Corsicam, & Africam a Syrtibus Cyrenen vsque. Quarto transalpinos Celtas, & Hispanos, cum insula Britannica, commisit.

τε μέχρις Αἵμου καὶ Ῥοδόπης καὶ μέχρι Δοβήρου πόλεως ὁριζομένην· καὶ Κύπρον μέντοι, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους, δίχα Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σαμοθράκης. 4 ἑτέρῳ δὲ Μακεδόνας, καὶ Θετταλοὺς, καὶ Κρῆτας, καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἀμφοτέρας Ἠπείρους, καὶ πρὸς ταύταις Ἰλλυριοὺς, καὶ Δάκας, καὶ Τριβαλλοὺς, καὶ τοὺς ἄχρι τῆς [54] Βαλερίας Παίωνας, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν ἄνω Μυσίαν. 5 τῷ δὲ τρίτῳ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν, καὶ Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἔτι γε Σαρδόνα, καὶ Κύρνον, καὶ τὴν ἀπὸ Σύρτεων Κυρήνης ἄχρι Λιβύην. 6 τῷ δὲ τετάρτῳ τοὺς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Κελτούς τε καὶ Ἴβηρας πρὸς τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ. 7 ταύτῃ διελόμενος τὴν

τῶν

54. Βαλερίας. *Valeria* Pannoniæ est Interamnia, inter Sauum & Drauum, nomen habens a Valeria, Galerii Augusti vxore, qui *cæsis immanibus siluis, & emisso lacu agrum illum reipub. commodantem fecerat.* Aurel. Victor. n. 40.

τὴν ὑπάρχων ἀρχὴν, καὶ ἄλλοις τρόποις ἐσπούδασε ταύτην ἐλαττῶσαι. ἐφεστώτων γὰρ τοῖς 8 ἁπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἳ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον· στρα- 9 τηλάτας καταστήσας, τὸν μὲν, τῆς ἵππου, τὸν δὲ, τῶν πεζῶν, εἰς τούτους τε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντίας. ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τοῖς[55] εἰρήνη καὶ τοῖς τῶν πολέμων ἐλυμήνατο πράγμασιν, αὐτίκα ἐρῶ. 11 τῶν ὑπάρχων τοὺς ἁπανταχοῦ φόρους διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς εἰσπραττόντων, καὶ τὴν στρατιωτικὴν ἐκ τούτων ποιουμένων δαπάνην, ἐχόντων δὲ τοὺς στρατιώτας ὑποχειρίους εἰς τὸ δίκας ὑπέχειν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμα-

Hac ratione diuiso praefectorum imperio, studiose conatus est aliis quoque modis eorum potestatem imminuere. Nam quum praeessent vbique locorum militibus non modo centuriones & tribuni, verum etiam duces: (sic enim adpellabantur, qui quolibet in loco pratorum vicem obtinebant) magistris militum institutis, altero equitum, peditum altero, & in hos translata potestate militum ordinandorum, & coërcendi delinquentes; hac etiam in parte praefectorum auctoritati detraxit. Id vero tam pace, quam bello detrimentum rebus attulisse, me protinus indicante patebit. Quippe, dum praefecti praetoriis vbique terrarum vectigalia per adparitores suos exigerent, & militarem ex iis sumtum

55. εἰρήνη. Scribo ἐν εἰρήνῃ. Steph.

eam facerent: iidemque milites dicto audientes haberent, in sustinendis ob delicta pœnis, prout ipsis ea coercenda viderentur: non ab re milites, cum animo suo cogitantes, eum qui annonam & stipendium præberet, delinquentes etiam punire; nihil agere præter officium audebant, partim annonarum ademptionem, partim præsentem coërcitionem veriti. Nunc quum alius sit, qui stipendium exhibet; alius cuius arbitrio disciplina militaris est commissa; omnia pro imperio agunt: ne dicam, maiorem annonæ partem ducis & adparitorum ipsius lucro cedere.

σιν· εἰκότως οἱ στρατιῶται κατὰ νοῦν ἔχοντες ὡς ὁ χορηγῶν τὴν σίτησιν αὐτοῖς καὶ πλείοσιν ἐπεξέρχεσθαι, πράττειν τι παρὰ τὸ καθῆκον οὐκ ἐθάρρουν, δέει τῆς τῶν σιτήσεων ἀφαιρέσεως, καὶ τῆς παραπόδας κολάσεως. νῦν δὲ ἑτέρου μὲν ὄντος τοῦ τὰς τροφὰς ἀποδιδόντος, ἑτέρου δὲ τοῦ τῆς ἐπιστήμης κυρίου, κατ' ἐξουσίαν ἅπαντα πράττουσι· πρὸς τῷ καὶ τὸ πλέον τῶν σιτήσεων μέρος εἰς κέρδος τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ὑπηρετουμένων τούτῳ χωρεῖν.

XXXIV. Fecit & aliud quiddam Constantinus, quod in ditionem populi Romani liberum barbaris aditum præbuit. Nam quum imperium Romanum extremis in limitibus vbique Diocletiani prouidentia, quemadmodum a

Ἔπραξε δέ τι Κωνσταντῖνος καὶ ἕτερον, ὃ τοῖς βαρβάροις ἀκώλυτον ἐποίησε τὴν ἐπὶ τὴν Ῥωμαίοις ὑποκειμένην χώραν διάβασιν. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ, κατὰ τὸν εἰρημένον ἤδη μοι

τρόπον

τρόπον, πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος, ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις, πανταχοῦ δυνάμεως ἀπαντώσης[56] τοὺς ἐπιόντας ἀπώσασθαι. καὶ ταύτην δὴ τὴν ἀσφάλειαν διαφθείρων ὁ Κωνσταντῖνος, τῶν στρατιωτῶν τὸ πολὺ μέρος τῶν ἐσχατιῶν ἀποστήσας, ταῖς οὐ δεομέναις βοηθείας πόλεσιν[57] ἐγκατέστη, καὶ τοὺς ἐνοχλουμένους ὑπὸ βαρβάρων ἐγύμνωσε βοηθείας, καὶ ταῖς ἀνειμέναις τῶν πόλεων τὴν ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπέθηκε λύμην, δι' ἣν ἤδη πλεῖσται γεγόνασιν ἔρημοι, καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐκδόντας ἑαυτοὺς θεάτροις καὶ τρυφαῖς, ἐμαλάκισε. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τῆς ἄχρι

nobis supra dictum est, oppidis, & castellis atque burgis inclusum esset, omnesque copiæ militares in iis domicilium haberent: fieri non poterat, vt barbari transirent, vbique copiis, hostium repellendorũ caussa, occurrentibus. Hanc præsidiorum munitionem Constantinus abolens, maiorem militum partem, de limitibus submotã, in oppidis nullius opis egentibus, collocauit: a barbaris vexatos præsidio nudauit, tranquillas & quietas vrbes militum peste grauauit, qua iam complures ad solitudinem redactæ sunt; milites ipsos theatris & voluptatibus addictos, emolliuit: denique simpliciter vt dicam, rerum hactenus pere-

56. ἀπαντώσης ἀπώσασθαι, Infinitum Verbum Supini significationem habet; vt in Evangelio, ἐξῆλθε μισθώσασθαι ἐργάτας. *Sylb.*

57. pro ἐγκατέστη, rectius legemus ἐγκατέστησε, quippe quod Actiua heic, non Neutra, requiratur significatio. *Sylb.*

percentium internecioni principium & semina præbuit.

τῶνδε τῶν πραγμάτων ἀπωλείας αὐτὸς τὴν ἀρχὴν & τὰ σπέρματα δέδωκε.

XXXV.

IAm Constantinum filium Cæsarem adpellauerat, & vna cum ipso, tam Constantio, quam Constante filiis, eodem titulo cohonestatis; Constantinopolim ad amplitudinem vrbis longe maximæ tam feliciter auxit, vt plerique post eum principes ibidem constituto domicilio, maiorem, quam vsus poscat, hominum multitudinem eo pellexerint, qui vndique terrarum istuc vel militiæ, vel mercaturæ, vel aliorum negotiorum caussa confluunt. Quapropter & muris longe capacioribus, quam essent ii, quos Constantinus struxit, eam circumdederunt, & ædificia tam

Καίσαρα δὲ καταστήσας ἤδη τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Κωνσταντῖνον, ἀποδείξας δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Κωνστάντιον & Κώνσταντα, παῖδας ὄντας αὐτῷ, ηὔξησε τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰς μέγεθος πόλεως σφόδρα 2 μεγίστης· ὥστε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν αὐτοκρατόρων τοὺς πολλοὺς τὴν οἴκησιν ἑλομένους τὴν ἐν αὐτῇ, πλῆθος ὑπὲρ τὴν χρείαν συναγαγεῖν τῶν ἁπανταχοῦ γῆς, ἢ στρατείας ἢ ἐμπορείας ἕνεκεν, ἢ ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, εἰς ταύτην ἀγει-3 ρομένων. διὸ καὶ τείχεσιν ἑτέροις, πολλῷ μείζοσιν ὧν ὁ Κωνσταντῖνος ἐποιήσεν, αὐτὴν περιέβαλον· καὶ τοὺς οἰκήσεις οὕτως εἶναι συνεχώρησαν συνεχεῖς, ὥστε & οἰκοῦντας καὶ ἐν ταῖς [το] ἀγοραῖς

[το] ἀγοραῖς. In Leuncl. cod. margine positum ἀγυιαῖς, vt Leuncl. quoque vertit *compita*.

ρας ὄντας στενοχωρεῖσθαι τοὺς ταύτης οἰκήτορας, καὶ μετὰ κινδύνου βαδίζειν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων καὶ ζώων πολυπληθίαν. ἐπηγαιώθη 4 δὲ καὶ τῆς περὶ αὐτὴν θαλάσσης οὐκ ὀλίγον, πάλων κύκλῳ παγέντων, καὶ οἰκοδομημάτων αὐτοῖς ἐπιτεθέντων, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ πόλιν ἀρκεῖ μεγάλην πληρῶσαι.

esse contigua permiserunt, vt habitatores eius, siue domi se contineant, siue in compitis sint, artentur: nec sine periculo, propter ingentem hominum iumentorumque copiam, incedant. Nec pars exigua vicini maris solo cessit, vndique defixis palis, & ædificiis in eos impositis, quæ seorsum ad complendam vrbem amplam sufficerent.

Καί μοι πολλάκις ἐπῆλθε θαυμάσαι, πῶς εἰς τοσοῦτο τῆς Βυζαντίων πόλεως ηὐξημένης, ὡς μηδεμίαν ἄλλην ἐς εὐδαιμονίαν ἢ μέγεθος αὐτῇ παραβάλλεσθαι, πρόρρησις ἐκ θεῶν οὐδεμία περὶ τῆς εἰς ἀμείνονα τύχην αὐτῆς ἐπιδόσεως τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀνθρώποις ἐδόθη. καὶ 2 ταύτην ἐκ πολλοῦ τὴν ἔννοιαν ἔχων, πολλάς τε βίβλους ἱστορικὰς καὶ χρησμῶν συναγωγὰς ἀνελίξας, χρόνον τε ἐν τῷ

XXXVI.

AC mihi quidem sæpe mirari subiit, qui fieret, vt quum vrbs Byzantina tantopere excreuerit, vt alia nulla cum hac, siue felicitatem siue magnitudinem spectes, comparari possit: nullum vaticinium maioribus nostris de ipsius incremento, meliorem ad fortunam euectæ, datum fuerit. In qua cogitatione dum iampridē versor, multis historiarum monumentis, &

oraculorum collectionibus euolutis, & exacto nonnullo tempore in hac de istis dubitatione; vix tandem in oraculum quoddam incidi, quod Erythrææ Sibyllæ, vel Epiroticæ Phaëllonis esse perhiberetur. Nam & istæc adflata numine, fertur edidisse quædam oracula: quibus fretus Nicomedes, Prusiæ filius, qui ea suis ex commodis interpretaretur, hortatu Attali bellum patri Prusiæ fecit. Est autem oraculum huiusmodi:

περὶ τούτων ἀπορεῖν δαπανήσας, ἐνέτυχον μόλις χρησμῷ τινι, Σιβύλλης εἶναι λεγομένῳ τῆς Ἐρυθραίας, ἢ [59] Φαελλοῦς τῆς Ἠπειρώτιδος. καὶ αὐτὴ γὰρ γινομένη κάτοχος, ἐκδεδωκέναι χρησμοὺς λέγεται, [60] ᾧ πεποιθότα Νικομήδην τὸν Προυσίου, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν λυσιτελεῖν ἑρμηνεύοντα, πόλεμον ἄρασθαι πρὸς τὸν πατέρα Προυσίαν, Ἀττάλῳ πειθόμενον. ἔχει δὲ τὸ λόγιον οὕτως·

XXXVII. *Rex Thracum capies urbē: in balantibus agnis Vncunguem pariter, magnum, horribilemque leonem Augebis; patria quondam cimelia terræ Qui rapiet; citraque laborem agro potieris. Sed non aio diu*

Ὦ Βασιλεῦ Θρηκῶν, λήψεις πόλιν ἐν προβάτοισιν· Αὐξήσεις δὲ λέοντα μέγαν, γαμψώνυχα, δεινόν· Ὅς ποτε κινήσει πατρίας κειμήλια χώρας· Γαῖαν δ' αἱρήσεις μόχθων ἄτερ. οὐδέ σε φημὶ Σκηπτούχοις τιμαῖσιν

59. Φαελλοῦς. Pausanias in Phoc. f. 328. Φαεννίδα appellat, θυγατέρα βασιλεύσαντος ἀνδρὸς ἐν Χάοσι, regis cuiusdam Chaonii filiam, quæ aliquando ἐμαντεύσατο, fatidica fuerat.

60. Forsan ἂν εἶναι ἵνα, ᾧ πεπ. vel, καὶ τούτων εἶναί τινα, ᾧ πεπ. Alioqui οἷς scribendum esset, *Steph.*

σιν ἀγάλλεσθαι μετ' δηρόν, Ἐκ δὲ θρόνων πετάσῃ οἷον κύνες ἀμφὶς ἔχουσι. Κινήσεις δ' εὕδοντα λύκον, γαμψώνυχα, δεινόν. Οὐδ' ἐθέλοντι 3 γὰρ εἴσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει. Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν [61] λύκοι οἰκήσουσι, Ζηνὸς ἐπιφροσύναισι. τάχυ δ' ἐπιβήσεται ἀρχὴ Ἀνδράσιν, οἳ Βυζαντίου ἕδος κατανασσάσουσι. Τρισμάκαρ 4 Ἑλλήσποντε, θεόκτιστα τείχεά τ' ἀνδρῶν. - - θείαισιν ἐφετμαῖς Ἣν λύκος αἰνόλυκος πτήξει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης. Οἵ με γὰρ εἴσασίν τε ἐμὸν ναίοντες ἕδεθλον. Οὐκέτι σιγήσω πατρὸς νόον, ἀλλ' ἀναδείξω Ἀθανάτων λογίων θνητοῖς εὔσημον ἀοιδήν. Θρῇσσα κακὸν μέγα πῆμα, τόκος δέ οἱ οὐκέτι τηλοῦ. Πεῖρα παῖδα κακὸν - - - καὶ τῆσδε φέρουσι Τρηχὺ παρ' ἠπείρου πλευραῖς ἐπαΐσσεται ἕλκος, Καὶ μέγα οἰδή-

te sceptris perfruiturum, (Quippe canes urgent utrimque) sed his spoliandum. Sopitumque lupum uncunguem dirumque ciebis. Namque vel inuiti ceruices sub iuga mittet. Bithynasque lupi regiones tunc habitabunt, Consilio Iouis: & mox regia sceptra tenebunt: Magna qui veteris habitant Byzantis in urbe. Felix Hellesponte, & moenia condita diuis. Imperio superum - - - - - Quam lupus ille grauis tamen inuitus trepidabit. Norunt me, nostris habitant qui sedibus. haud iam Amplius ipsa animum celabo parentis, aperte Mortali generi diuina oracula pandens. Thressa malum tellus ingens parit, & prope partus: Vsu nempe malam subolem pariter feret illi. Ad latera adiuncta ponto telluris & hulcus Praetumidum crescet, cito ru-

[61]. Oraculum hoc de Byzantio, Turcorum vim per lupos notare nonnullis videtur. *Syll.*

ptum sanguine manans. Hoc oraculum omnia, 7 prope dixerim, reuera designat, obscurisque vocibus indicat euentura Bithynis mala, propter graue tributorum onus, quæ sequutis temporibus eis imposita fuerunt, & quod imperium cito venturum esset ad eos, *Magnus qui veteris habitant* 8 *Byzantis in vrbe.* Quod autem sæculis non paucis intérjectis ea, quæ prædicta fuerant, euenerint: non eo quis tor- 9 queat, ac si de re quadam alia vaticinium hoc loquatur. Nam omne tempus Deo breue est, qui semper & existit, & erit. Atque hæc tum de verbis oraculi, tum de rerum ipsarum euentis ratiocinando collegi. Quod si cui videretur esse alia verborum oraculi sententia, per me sane sic illud accipiat, licet.

σι, ταχὺ δὲ ῥαγῆν αἱμορρυέντι. Τοῦτο τὸ λόγιον πάντα μὲν, ὡς εἰπεῖν, ὑπεμφαῖνον ὅμως καὶ αἰνίγμασι λέγει, τά τε ἐσόμενα Βιθυνοῖς κακὰ διὰ τὴν τῶν ἐπενεχθέντων αὐτοῖς ἐς τὰ μετὰ ταῦτα φόρων βαρύτητα· καὶ ὡς ἡ ἀρχὴ ταχέως ἀποβήσεται Ἀνδράσιν, οἳ Βύζαντος ἕδος καταναιετάουσι· τὸ δὲ μετὰ χρόνους οὐκ ὀλίγους τὰ προῤῥηθέντα ἐκβῆναι, μὴ λαμβανέτω τις εἰς τὸ περὶ ἑτέρου τινὸς λέγειν τὴν πρόῤῥησιν. πᾶς γὰρ χρόνος τῷ θείῳ βραχὺς, ἀεί τε ὄντι καὶ ἐσομένῳ. ταῦτα δὴ οὖν ἔκ τε τῶν τοῦ χρησμοῦ ῥημάτων, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκβάντων ἐτεκμηράμην. εἰ δέ τῳ τὸ χρησθὲν ἑτέρως ἔχειν δοκεῖ, ταύτῃ νοείτω.

XXXIIX. CEterum Constantinus his ita perfectis,

Κωνσταντῖνος δὲ ταῦτα διαπραξάμενος διε-

τέλεσε

πλεῖσι [62] δωρεαῖς ἐκ ἐν δέοντι γινομένοις, ἀλλ' εἰς ἀναξίους καὶ ἀνωφελεῖς ἀνθρώπους, τοὺς φόρους ἐκδαπανῶν· καὶ τοῖς μὲν εἰσφέρουσι γινόμενος φορτικὸς, τοὺς δὲ μηδὲν ὠφελεῖν δυναμένους πλουτίζων. τὴν γὰρ ἀσωτίαν ἡγεῖτο φιλοτιμίαν. οὗτος καὶ τὴν [63] εἰσφορὰν ἐπήγαγε χρυσίου τε καὶ ἀργύρου πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς μετιοῦσι τὰς ἐμπορίας, καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι παντωνίαν προτιθεῖσι, μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων. οὐδὲ δυστυχεῖς ἑταίρας ἔξω

exhaurire non desinebat vectigalia largitionibus, quæ non vbi par erat, sed in homines indignos ac inutiles fiebant: & collatoribus quidem tributorum grauis erat, illos autem cumulabat opibus, qui nulli esse vsui poterant. Nam profusionem pro munificentia ducebat. Idem & auri argentique collationem imposuit omnibus vbique terrarum negotiationes exercentibus, & dardanariis oppidorum, ad vilissimos vsque: ne mise-

62. Etiam Aurel. Victoris epitoma Constantino tribuit *profusiones immodicas*. Fieri tamen potuit, vt paganos scriptores male habuerint sumtus maximi, in templa, synodos, & aliam rem Christianam facti. Nec tamen omnem labem Christianorum Principum eluimus.

63. Nimius & heic videtur noster esse, quippe Eusebius IV. de Vita c. 2. scripsit: τὴν τετάρτην μοῖραν τῶν εἰσφορῶν, τῶν ὑπὲρ τῆς χώρας συντελουμένων ἐδωρεῖτο, *quartam partem tributorum ex agris* Constantinus *possessoribus remisit, idque* νόμῳ κυρωθὲν, *lege confirmatum fuit*. Abusi etiam sunt mali ministri Imperatoris φιλανθρωπίᾳ & facilitate, σχήματι χριστιανῶν, *simulata Christiana religione* quiduis ab ipso impetrantes, ὃ δὴ καὶ μεμπτὸν ἐνομίζετο τοῖς πολλοῖς τῆς τῶν μοχθηρῶν ἀνδρῶν φαυλότητος εἵνεκα, *quod a multis reprehensum fuit, propter improborum hominum immoderatum licentiam*. lib. eod. c. 54.

miseris quidem meretriculis hac collatione **4** liberatis. Itaque videre erat, quoties quartus quisque annus adpeteret, quo tributum illud pendendum erat, meras per vniuersam **5** vrbem lacrumas & ploratus: vbi vero iam aduenisset, non nisi flagra tormentaque corporibus eorum adhibita, **6** qui propter paupertatem extremam sustinere iacturam hanc non possent. Quin & liberos ipsæ matres distrahebant, & patres filias prostituebant: ex ha- **7** rum quæstu *chrysargyri* (quasi dicas aurargenti) exactoribus pecuniam offerre coacti. Quumque splendidioris etiam fortunæ hominibus excogitare quiddam vellet, quod **8** eis dolorem adferret; quemlibet horum ad præturæ dignitatem euocabat, & honoris prætextu magnum pe-

ταύτης ἐάσους τῆς εἰσφορᾶς. **4** ὥστε ἦν ἰδεῖν, μέλλοντος τοῦ τετραετοῦς ἐνίστασθαι χρόνου, καθ' ὃν ἔδει τοῦτο τὸ τέλος εἰσφέρεσθαι, θρήνους ἀνὰ πᾶσαν πόλιν καὶ ὀδυρμούς. **5** ἐνστάντος δὲ, μάστιγας καὶ βασάνους ἐπιφερομένας τοῖς σώμασι τῶν διὰ πενίας ἐσχάτης ζημίαν ὑπενεγκεῖν μὴ δυναμένων. **6** ἤδη δὲ καὶ μητέρες ἀπέδοντο τοὺς παῖδας, καὶ πατέρες ἐπὶ πορνεῖον θυγατέρας ἔστησαν, ἐκ τῆς τούτων ἐργασίας ἀργύριον τοῖς τοῦ χρυσαργύρου πράκτορσιν εἰσενεγκεῖν ἐπειγόμενοι. **7** βουλόμενος δὲ καὶ τοῖς ἐν λαμπρᾷ τύχῃ περινοῆσαί τι λυπηρὸν, ἕκαστον εἰς τὴν τοῦ πραίτωρος ἀξίαν ἐκάλει, καὶ τῷ περικαλύμματι τῆς τιμῆς ἀργύρου σταθμὸν ἀπῄτει πολύν. **8** ἦν οὖν ἰδεῖν τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων ἐπιδημούντων ταῖς πόλεσι, φυγὴν ἁπάντων καὶ ἀποδημίαν ἀλλόφυλον, δέει τοῦ μὴ σὺν ἀπω-

λείᾳ

λεία τῆς οὐσίας, ταύτης τυχεῖν τῆς ἀξίας. ἀπογράψασθαι δὲ τὰς τῶν λαμπροτάτων οὐσίας, τέλος ἐπιθείς, ᾧτινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα. καὶ ταῖς τοιαύταις εἰσφοραῖς τὰς πόλεις ἐξεδαπάνησεν. ἐπιμεινάσης γὰρ καὶ μετὰ Κωνσταντῖνον τῆς ἀπαιτήσεως ἐπὶ χρόνον συχνόν, ἐξαντλουμένου κατὰ βραχὺ τοῦ πλούτου τῶν πόλεων, ἔρημοι τῶν οἰκούντων αἱ πλεῖσται γεγόνασι.

cuniæ pondus exigebat. 9 Iccirco quoties ad vrbes venissent, qui huius rei mandatum habebant, videre erat fugam omnium, & profectionem ad extraneos, metuentium ne cum patrimonii sui detrimento, dignitatem hanc apiscerentur. Habebat autem descripta virorum clarissimorum patrimonia: quibus & tributum imposuit, quod ipse *Follem* nuncupauit. Et huiusmodi sane collationibus vrbes exhausit. 10 Nam quum etiam longo tempore post Constantinum duraret earum exactio, paullatim exhaustis oppidorum diuitiis, ab habitatoribus complura deserta fuerunt.

XXXIX.

Τούτοις ἅπασι τοῖς τρόποις ὁ Κωνσταντῖνος τῷ πολιτεύματι λυμηνάμενος, ἐτελεύτησε νόσῳ. διαδεξαμένων δὲ τὴν βασιλείαν τῶν αὐτοῦ παίδων, ὄντων τριῶν, (ἐτέχθησαν δὲ οὗτοι οὐκ ἀπὸ Φαύστης τῆς τοῦ Ἑρκουλίου Μαξιμιανοῦ θυγατρός, ἀλλ' ἐξ ἄλ-

tis in partibus alnei reperit, transportato; nihil amplius hostile veritus, ad vrbem accessit, cui Bersabora nomen erat: eiusque tum magnitudinem, tum situs opportunitatem, ac munitionem inspexit. Nam duplici muro in orbem claudebatur, & arx medio erat in oppido, muro & ipsa munita, segmento circuli quodam modo simili; ad quam via quædam ab interiore ciuitatis muro ducebat, cuius haud facilis erat adscensus. Ad occidentalem oppidi partem, ac meridiem versus, tortuosus & obliquus exitus erat. Pars septentriones spectans, munita erat ab eis lato quodam alueo fluminis, eò deducto: per quem & aquam ad vsum incolarum deriuabant. Orientem versus, alta fossa, & aggere lignis validis cancellato, cinge-

70. Pal. c. παρασπάμενοι absque Præpos.

cingebatur. Propter fossam turres magnæ stabant, ad medium vsque a terra, de coctilibus laterculis, bitumine conglutinatis; supra medium, de similibus laterculis & gypso fabricatæ.

θεία καὶ χάρακι διαφραγμένων ἐκ ξύλων ὀχυρῶν· ἐναπείληπτο. πύργοι δὲ εἱστήκεσαν περὶ τὴν τάφρον μεγάλοι, τὰ μὲν ἀπὸ γῆς μέχρι μέσου, δι' ὀπτῆς πλίνθου δεδεμένης ἀσφάλτῳ· τὰ δὲ μετὰ τὸ μέσον, πλίνθῳ τε ὁμοίᾳ καὶ γύψῳ δεδομημένα.

XIIX. HAnc vrbem quum expugnare decreuisset imperator, milites ad capessendum opus exhortabatur. Illis cum omni alacritate progressis, vt imperata facerent; vrbis incolæ petebant, vt ab imperatore in fidem reciperentur; modo mitti ad se postulantes Hormisdam, de conditionibus pacis colloquuturum; modo probris & contumeliis eumdem incessentes, vt transfugam, & exsulem, & proditorem patriæ. Quibus rebus Imperator non imme-

ΤΑύτην πολιορκίᾳ τὴν πόλιν ὁ βασιλεὺς ἑλεῖν ἐγνωκὼς, εἰς τὸ ἔργον παρεκάλει τοὺς στρατιώτας. 2 τῶν δὲ τὸ κέλευσμα σὺν πάσῃ προθυμίᾳ πληροῦν ὡρμηκότων, οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, εἰς φιλίαν ἠξίουν ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ, νῦν μὲν Ὁρμίσδην αὐτοῖς πεμφθῆναι διαλεχθησόμενον περὶ σπονδῶν ἐξαιτοῦντες, νῦν δὲ ὕβρεσιν αὐτὸν περιβάλλοντες, ὡς αὐτόμολον καὶ φυγάδα καὶ τῆς πατρίδος προδότην. 3 ἐφ' οἷς εἰς ὀργὴν εἰκότως ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς, ἔργου πάντας ἔχεσθαι καὶ ἐγκεῖσθαι τῇ πολιορκίᾳ προθύμως

θύμως ἐκέλευε. τῶν δὲ 4 ἐφʼ ᾧ τεταγμένος ἕκαστος ἦν, ὁρμησάντων, οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὄντας οὐκ ἀξιόχρεως ἑαυτοὺς εἰς φυλακὴν τῶν τῆς πόλεως τειχῶν θεασάμενοι, συνέφυγον ἅπαντες ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν. ὅπερ 5 ἰδὼν ὁ βασιλεὺς, ἐπαφῆκε τῇ πόλει τῶν οἰκούντων ἐρημωθείσῃ τὴν δύναμιν. ἡ δὲ, τὰ τείχη καθελοῦσα, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσασα, μηχανάς τε ἐπὶ τῶν ἐρειπίων τῆς πόλεως ἵστη, καὶ ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἔβαλλε, βελῶν καὶ λίθων ἀφέσει. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῆς [71] πό- 6 λεως λίθοις τε καὶ βέλεσι συνεχέσιν ἠμύνοντο τοὺς πολιορκοῦντας, ἐγίνετό τε πολὺς ἑκατέρωθεν φόνος· τότε [72] δὴ ὁ βασιλεὺς, εἴτε ἐξ οἰκείας ἐννοίας τῇ τῶν τόπων ἁρμοσάμενος θέσει, εἴτε καὶ τοῦτο ἐκ πολυμαθείας λαβὼν, μηχάνη-

rito concitatus ad iram, vniuersos operi intentos esse, atque oppugnationem alacriter vrgere iussit. Illis, vti iussus ac dispositus quisque fuerat, cum impetu progressis; defensores vrbis, nequaquam se pares tuendis mœnibus esse conspicati, ad arcem vniuersi se recipiebant. Quo conspecto, milites Imperator in vrbem, habitatoribus vacuam, immisit: qui muris deiectis, & incensis ædificiis, machinas in oppidi parietinis constituere; telorumque ac lapidum iactu eos petiere, qui in arcem commigrauerant. Sed quod propugnatores arcis, lapidibus continuis, ac telis, oppugnantes repellerent, & ingens vtrimque clades acciperetur: Imperator, siue quadam ingenii solertia

71. pro τῆς πόλεως omnino scribendum ἀκροπόλεως. *Sylb.*
72. δὴ pro δὲ repositum e Pal. *idem.*

tia, locorum situs habita ratione, siue magna rerum edoctus experientia; tormentum quoddam tale construxit. Tignis maximis inter se ferro colligatis, & per illa quadratæ turris effecta forma, eaque mœnibus arcis opposita, & paullatim sublimitate crescente tantam ad altitudinem excitata, murorum vt altitudinem æquaret: in eam turrim sagittarios imposuit, cum iis, qui de machinis saxa telaque coniicerent. Itaque Persæ, qui tunc & ab oppugnantibus, & stantibus in machina vndique deturbarentur, aliquamdiu quidem illi resistebant; sed ad extremum deditionis lege se tradituros arcem spondebant, si conditiones imperator moderatas obtulisset. Conuentum vtrimque, vt, quotquot intus erant Persæ, singuli per medium exercitum Romanum tuto transirent,

μά τι κατεσκεύασε τοιόνδε. 7 ξύλα μέγιστα πρὸς ἄλληλα συνδήσας σιδήρῳ, καὶ πύργου σχῆμα τετραγώνου διὰ τούτων ἀπεργασάμενος, ἀντιστήσας τε τοῖς τῆς ἀκροπόλεως τείχεσι, τῇ τε κατὰ βραχὺ τοῦ ὕψους προσθήκῃ τοῦ μήκους τῶν τειχῶν ἴσον ἀποτελέσας, εἰς τοῦτον ἀνεβίβασε τοξότας τε, καὶ τοὺς ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέντας λίθους καὶ βέλη. 8 τότε τοίνυν ἔκ τε τῶν πολιορκούντων οἱ Πέρσαι, καὶ ἐκ τῶν ἐφεστηκότων τῇ μηχανῇ πανταχόθεν καταβαλλόμενοι, μέχρι μέν τινος ἀντεῖχον. τελευτῶντες δὲ ὁμολογίᾳ τὴν ἀκρόπολιν ὑπέσχοντο παραδώσειν, εἰ μέτριόν τι παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ὑπαρχθείη. 9 καὶ συνεδόκει, τῶν ἔνδον Περσῶν ἕκαστον διὰ μέσου τοῦ στρατεύματος ἀσφαλῶς διαβῆναι, ῥητὸν ἀργύριον καὶ ἱμάτιον ἔχοντα, πα-

ραδο-

παραδοθῆναι δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν ἀκρόπολιν. ὃ δὴ 10 γεγονότος, ἄνδρες ἀφείθησαν πενταχισχίλιοι περί που τὸν ἀριθμὸν, δίχα τῶν πλοίοις [73] μακροῖς διὰ τῆς διώρυχος οἵων τε γενομένων διαφυγεῖν. συνεξῆλθε δὲ τῷ πλήθει καὶ Μομόσειρος, τούτων ἡγούμενος. τοῦ-11 τον δὲ τὸν τρόπον καὶ τῆς ἀκροπόλεως αἱρεθείσης, ἐρευνῶντες οἱ στρατιῶται τῶν ἐναποκειμένων ποιούμενοι, σῖτόν τε ἄπλετον εὗρον, καὶ ὅπλα παντοῖα καὶ μηχανήματα, καὶ ἐπίπλων πλῆθος οὐ μέτριον, καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς. τοῦ 12 μὲν οὖν σίτου τὸ πλέον, ἐναπετέθη τοῖς πλοίοις εἰς ἀποτροφὴν τοῦ στρατοῦ. μέρος δὲ τούτου καὶ αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς διενείμαντο, καὶ δίχα τῆς δημοσίας σιτήσεως ἧς εἶχον. τῶν δὲ ὅπλων ὅσα μὲν 13 ἐπιτήδεια Ῥωμαίοις ἐδό-

certa pecunia & veste accepta, & imperatori arcem traderent. Quo facto, virorum ad quinque millia dimissi sunt, exceptis illis, qui † longis nauigiis per alueum e flumine deriuatum euadere potuerant. Inter ceteros, & dux eorum Momosirus exibat. Arce in hunc modum capta, milites ea perquirentes, quæ essent in arce condita; infinitam frumenti copiam, & omnis generis arma, & machinas, & immensam vim supellectilis, adparatusque reliqui, repererunt. Maior frumenti pars, ad exercitus alimenta, nauibus imposita fuit; partem & ipsi milites, præter annonam publicam, quam habebant, inter se diuidebant. Arma quæ Romanis ad bellum idonea

73. *μακροῖς, longis.* paruis rectius ex Marcellino, (24, c. 8. *nauigiis paruis permeato amne*) μικροῖς pro μακροῖς legendo. *Leunclauius.*

donea viderentur, exercitui distributa sunt: apta vero Persico tantum vsui, non Romanis militibus; partim igni tradita, partim ab amne rapi, demergive permissa. Hinc non exigua maiestati Romani nominis accessit gloria, quod ampla ciuitas, & secundum Ctesiphontem, omnium in Assyria maxima, tamque munita, solo biduo per vim capta fuisset. Quas ob res imperator exercitum blande demulcens, & oratione conuenienti laudabat, & singulis centenos nummos argenteos donabat.

καὶ πρὸς πόλεμον εἶναι, ταῦτα τῷ στρατοπέδῳ διεδόθη· τὰ δὲ Περσικῇ μόνον ἁρμόδια χρήσει, αὐτοῖς δὲ οὐκέτι, τὰ μὲν πυρὶ παρεδόθησαν, τὰ δὲ τῷ ποταμῷ φέρεσθαι καὶ καταδύεσθαι 14 [74] συνεχώρησαν. Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω τε ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλού- 15 σης. ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς φιλοφρονούμενος τὸ στράτευμα, λόγοις τε καθήκουσιν ἐτίμα, καὶ ἕκαστον ἀργυρίοις ἑκατὸν νομίσμασιν ἐδωρεῖτο.

XIX. Et hæc quidem ita gesta sunt. Surenas autem, non exiguis cum copiis ex oppido quodam, in Assyria sito, Romani exercitus exploratores, qui ceteros antecedebant, impru-

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐπράχθη· ὁ Σουρήνας δὲ μετὰ δυνάμεως οὐκ ὀλίγης ἔκ τινος τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ πόλεων τοῖς προηγουμένοις τοῦ Ῥωμαίων στρατοπέδου κατασκοπῆς ἕνεκεν ἐπελθὼν, οὐ προ-

74. Congruentius Pass. συνεχωρήθησαν. Sylb.

προσειδομένοις τὸ ἐσόμενον, ἕνα [75] [μὲν] τῶν ἡγουμένων, τριῶν ὄντων, ἀνεῖλεν ἅμα τισὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων. 2 τρέψας δὲ [76] τοὺς ἄλλους, ἐγκρατὴς ἐγένετο στρατιωτικοῦ σημείου, δράκοντος ἐκτύπωμα φέροντος, οἷα φέρειν εἰώθασιν ἐν ταῖς μάχαις Ῥωμαῖοι. 3 τοῦτο μαθὼν, οὐκ ἤνεγκε μετρίως ὁ βασιλεύς· ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ τοῖς ἀμφὶ τὸν Σουρήναν ὡς εἶχεν ἐπιπεσὼν, τούτων μὲν εἰς φυγὴν ἔτρεψεν ὅσοι διαφυγεῖν ἠδυνήθησαν· τὸ δὲ σημεῖον ἀναλαβὼν τὸ παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθὲν, ἐπῆλθε παραχρῆμα τῇ πόλει, καθ' ἣν ὁ Σουρήνας ἀποκρύπτων τὸν λόχον τοῖς κατασκόποις ἐπῆλθεν· εἷλέ τε κατὰ κράτος, καὶ ἐπυρπόλησε· 4 τὸν δὲ τῶν κατασκόπων ἡγεμόνα, διότι τοῖς πολεμίοις τὸ σημεῖον ἀπέλιπε, τὴν

dentes adgressus; vnum de tribunis tribus, cum nonnullis sub eo militibus, interemit; & ceteris in fugam actis, vexillo militari potitus est, draconis imaginem referente; qualia in bellis Romani gestare consueuerunt. Eam rem vbi cognouisset imperator, non moderato tulit animo; sed ira concitus, in Surenæ milites, vti forte instructus erat, irruptione facta; terga dare coëgit eos, qui elabi fuga poterant: & signo recepto, quod hostes abstulerant, mox ad vrbem accessit, in qua Surenas collocatis insidiis exploratores adortus fuerat. Eam vi cepit, & incendit. Duci vero exploratorum, propterea quod hosti vexillum reliquisset, salute magnanimitati Ro-

75. inclusa μὲν abest a Pal. cod.
76. Leuncl. & Pal. τρέψας δὲ πρὸς ἄλλους, Præpositione pro Articulo posita.

manæ antepoſita; cingulum ademit, & deinceps vna cum iis, quos fugæ ſocios habuerat, pro infami duxit. Vlterius autem progreſſus, quum per amnem iter faceret, ad caſtellum quoddam venit, cui vicinum erat oppidum. Eius nomen erat Fiſſenia. Secundum murum illius erat acta foſſa, quam ſane altiſſimam Perſæ repleuerant aqua, parte non exigua proximi fluminis in eam deriuata. Flumen ipſum, *Regis amnis* adpellabatur. Hoc oppido præterito, a quo nihil eſſet hoſtile metuendum: iter fecere per locum facticia palude ſtagnantem. Nam & alueo, & ipſo flumine Perſæ regioni

σωτηρίαν τῆς Ῥωμαϊκῆς μεγαλοφροσύνης ἔμπροσθεν ποιησάμενος· παρέλυσέ τε τῆς ζώνης, καὶ ἐν ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν εἶχεν ἅμα τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς φυγῆς. 5 Προελθὼν δὲ ἐπέκεινα, διά τε τοῦ ποταμοῦ τὴν πορείαν ποιούμενος, ἦλθεν εἴς τι [77] χωρίον, ᾧ πόλις ἐπλησίαζε Φισσηνία προσαγορευομένη. 6 ταύτης τοῦ τείχους συμπαρέθεε τάφρος· ἣν βαθυτάτην οὖσαν, ἐπλήρωσαν ὕδατος οἱ Πέρσαι, μέρος εἰς ταύτην οὐκ ὀλίγον τοῦ πλησιάζοντος μεθέλκοντες ποταμοῦ. Βασιλέως [78] ποταμός, ἦν ὄνομα τούτῳ. 7 ταύτην διαδραμόντες τὴν πόλιν, (οὐδὲν γὰρ ἦν ἐκ ταύτης εὐλαβεῖσθαι πολέμιον) ὁδὸν διῄεσαν τέλματι χειροποιήτῳ διά-

77. Pro χωρίον Leuncl. mauult φρούριον.

78. Marcellinus 24. c. 5. hunc fluuium Syrorum lingua *Naarmalcha* (נהר מלכא) & noſter infra c. 24. n. 4. Ναρμαλάχην: corrupte Plinius 6, 26. *Armalchar*, vocant. Strabo Græco nomine vſus eſt lib. 16. μεταξὺ δὲ τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς Βασίλειος καλούμενος.

διάβροχον. οἱ γὰρ Πέρσαι, τήν τε διώρυχα τῇ χώρᾳ καὶ τὸν ποταμὸν ἄβατον ἐπαφέντες, ἀδύνατον, καθάγε τὴν αὐτῶν οἴησιν, πεποιήκασι τῷ στρατῷ τὴν διάβασιν. ἀλλ' ὅμως τοῦ βασιλέως 8 προελθόντος, καὶ ὁ στρατὸς ἠκολούθει, βρέχων ἄχρι γονάτων τοὺς πόδας. αἰσχύνη γὰρ ἡγοῦντο μὴ ποιεῖν ἅπερ ἐθεῶντο ποιοῦντα τὸν βασιλέα. ἡλίου δὲ ἤδη[79] δύν- 9 τος, ὁ μὲν στρατὸς, ἐπὶ τῶν τόπων ηὐλίζετο τούτων· βασιλεὺς δὲ, στρατιώτας ἑαυτῷ καὶ τεχνίτας ἀκολουθεῖν ἐπιτάξας, δένδρα ἐκτέμνων καὶ ξύλα, διώρυχάς τε ἐζεύγνυε, τοῖς τέλμασί τε γῆν ἐπετίθει, καὶ τὰ βαθέα τῶν ὁδῶν ἀπεπλήρου, καὶ ταῖς στενοχωρίαις εὖρος ἐνεποίει τὸ μέτριον ἔχον· ἐπανελθών τε, 10 διήγαγε τὴν στρατιὰν μετὰ

immisso, perfecisse se putabant, vt exercitus nullo modo posset transiicere. Sed cursim antegresso imperatore, subsequebatur exercitus, pedibus vsque ad genua madefactis. Nam pudore præpediebantur, quo minus id facerent, quod imperatorem facere videbant. Vbi iam sol occidisset, exercitus in locis iis commorabatur; & imperator militibus, ac fabris se subsequi iussis, cæsis arboribus & tignis, alueos pontibus consternebat, palustribus locis terram iniiciebat, vias profundas explebat; angusta denique loca mediocriter aperiebat. Deinde reuersus, exercitum facile transduxit; donec ad oppidum Bithram peruenisset, quo in oppido

79. Pal. c. δύνοντος: Leuncl. δύντος, & in margine δύναντος: quorum vt priora duo & regularia sunt, & vsitata; ita postremum nec regula, nec vsu fultum; nisi ego vehementer fallor. *Sylb.*

pido regia cum iis ædificiis erat, quæ tam imperatori, quam militibus excipiendis sufficerent.

φασώνης, ἕως εἰς Βίθραν 80 ἐληλύθη πόλιν, ἐν ᾗ βασίλεια ἦν, καὶ οἰκήματα βασιλεῖ τε ὁμοῦ πρὸς ὑποδοχὴν ἀρκοῦντα, καὶ στρατοπέδῳ.

XX. INde progressus, iisdem laboribus intentus, exercitum antecedebat, & viam magis tolerabilem reddebat. Atque hoc modo transuexit omnes, donec ad locum venit, quo in loco nullum erat ædificium, sed lucus palmis consitus; in quo & vites erant enatæ quæ palmitibus suis sursum ad ipsas vsque palmarum comas excurrebant, & palmulas vuis permistas conspiciendas exhibebant. In hoc luco noctem insequutam quum exegisset, postridie eius diei perrexit vlterius. Quumque propius ad castellum quoddam accessisset, letale vulnus ac-

Προελθὼν δὲ συντεθεὶς καὶ τῶν αὐτῶν ἐχόμενος πόνων, ἡγεῖτο τοῦ πλήθους, καὶ τὴν ὁδὸν 2 εὐφορωτέραν ἐποίει. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διήνεγκεν ἅπαντας, ἕως ἦλθεν εἰς τόπον, ἔχοντα μὲν οἴκησιν οὐδεμίαν, ἄλσος δὲ ἐκ φοινίκων πεποιημένον, ἐν ᾧ καὶ ἄμπελοι συμπεφύκεσαν ἄχρι τῆς τῶν φοινίκων κόμης τοῖς κλήμασιν ἀνατρέχουσαι, παρέχουσαί τε ὁρᾶν τὸν ἐκ τῶν φοινίκων καρπὸν, ἀναμεμιγμένον τοῖς βότρυσιν. 3 ἐν τούτῳ τὴν ἐπελθοῦσαν νύκτα διαγαγὼν, ἐπὶ τὸ πρόσω τῇ ὑστεραίᾳ προῄει. 4 ἐλθὼν δὲ πλησίον φρουρίου τινὸς, πληγὴν καιρίαν δέχεσθαι ἐμέλλησε. τῶν γὰρ ἀπὸ τοῦ

ceptu-

80. ἐληλύθη pro ἐληλύθει, Attice.

Φρουρίου τις Πέρσης ἐπελθὼν, τῇ τοῦ βασιλέως κεφαλῇ τὸ ξίφος ἐπήλασεν· [81] ὁ δὲ, προειδόμενος, ἐπέθηκε τὴν ἀσπίδα τῇ κεφαλῇ, καὶ ταύτῃ τὴν πληγὴν ἀπεσείσατο. 5 ἐκεῖνον μὲν οὖν οἱ στρατιῶται συμπεσόντες, κατέσφαξαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας, εἰ μήπω γέ τινες διαδύντες, συνέφυγον εἰς τὸ φρούριον. 6 δυσαναχετῶν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ τολμήματι, τὸ φρούριον ἀνεσκόπει, καὶ ὅπου ἁλώσιμον εἴη, περιιὼν ἐθεώρει. 7 περὶ τοῦτο δὲ ἔχοντος αὐτοῦ, τοῖς ἐν τῷ ἄλσει τῶν φοινίκων ἐπιμείνασι στρατιώταις ὁ Σουρήνας ἀπροόπτως ἐπιφανεὶς, τῶν τε ὑποζυγίων καὶ τῆς ἀποσκευῆς κρατήσειν ἤλπισε, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα, τοῦτο μαθόντα, πάντως ἀποστήσειν τῆς τοῦ φρουρίου πολιορκίας. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐν νῷ ταῦτα βαλλό-

cepturus erat. Nam Persa quidam ex eo castello eruptione facta, iam in caput imperatoris gladium adigebat; quum ille præuiso ictu, capiti scutum imponeret, eoque vim ictus repelleret. Et hunc quidem circumfusi milites cum suis omnibus interfecerunt; nisi qui forte fuga per hostes elapsi ad castellum se contulissent. Indignatus autem propter audax hoc facinus imperator, castellum inspectabat; & , si qua parte capi posset, circumambulans considerabat. Dum huic intentus est rei, Surenas eos milites, qui palmarum in luco manserant, adortus ex improuiso; iumentis & sarcinis se potiturum sperabat, & imperatorem eadem opera, posteaquam de hoc accepisset, omnino ab oppugnatione castelli reuocaturum. Sed hæc animo secum voluens, vtro-

81. pro ὁ δὲ Leuncl. & Pal. perperam habent ἐν ᾧ δὲ, *Sylb.*

vtroque frustratus est. Imperator autem magnum in expugnatione castelli momentum ponebat. Nam ei proximum erat oppidum, cui nomen Besuchis, sane quam populosum, cum aliis castellis plurimis; quorum incolæ, relictis castellis suis, veluti non satis ad tuendam salutem idoneis, in illud ipsum concurrerant, quod ab imperatore obsidebatur: exceptis iis, qui Ctesiphontem euaserant, vel, qua lucus esset densissimus, semet abdiderant. His de caussis imperator obsidionem strenue vrgebat. At vero qui de reliquo exercitu dimissi fuerant, vt explorarent omnia, suisque succurrerent, si qua se vis hostilis offerret; non modo adortos se propulsarunt, sed interfectis aliis, alios effuse terga dare coactos insequuti, ab omni metu securam impe-

μένος, ἀμφοτέρων διήμαρτεν. 8 ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐν πολλῷ τὴν τοῦ φρουρίου καθαίρεσιν ἐποιεῖτο. πόλις τε γὰρ ἐπλησίαζεν αὐτῷ, Βησουχὶς ὄνομα, πολυάνθρωπος, καὶ ἄλλα φρούρια πλεῖστα· ὧν συνέβαινε τοὺς οἰκήτορας ἀπολιπόντας τὰ σφέτερα, ὡς οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς σωτηρίαν, εἰς τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως πολιορκούμενον συνδεδραμηκέναι, πλὴν τῶν εἰς Κτησιφῶντα διαφυγόντων, ἢ κατὰ τὸ δασύτατον τοῦ ἄλσους ἀποκρυβέντων. 9 ἃ μὲν οὖν βασιλεὺς ἐνίστατο τῇ πολιορκίᾳ κατὰ τὸ καρτερόν. οἱ δὲ ἀπολυθέντες ἐκ τῆς στρατιᾶς εἰς τὸ κατασκοπεῖν καὶ βοηθεῖν, εἴπου τι φανείη πολέμιον, οὐκ ἀπεκρούσαντο μόνον τοὺς ἐπελθόντας αὐτοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀνελόντες, τοὺς δὲ προτροπάδην διώξαντες, ἐν ἀσφαλεῖ [82] [τῷ βασιλεῖ] τὰ τῆς πολιορ-

κίας

82. τῷ βασιλεῖ additum e Pal. cod. Sylb.

κίας ἐποίησαν. ἐπεὶ δὲ τῶν φυγόντων τινὲς ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ ἄλσος ἕλεσιν ἦσαν, οὐδὲ τούτους αἱ ἐπὶ κατασκοπῇ καταλειφθέντες ἀφῆκαν ἀθώους, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἔκτειναν, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀπήγαγον.

ratori obsidionem reddebant. Et quoniam nonnulli fuga sibi consulentes, in subiectis luco paludibus hærebant; ne illos quidem, si deprehendissent, illæsos dimittebant itinerum exploratores; sed partim interficiebant, partim captiuos abducebant.

XXI.

Οἱ δὲ ἐν τῷ Φρουρίῳ πολιορκούμενοι, βελῶν παντοίων ἀφέσει τοὺς ἐναντίους ἠμύναντο. λίθων δὲ οὐκ ὄντων αὐτοῖς ἔνδον, ἀσφάλτῳ βώλους πεπυρωμένους ἠκόντιζον. ἐτύγχανον δὲ τῶν πεμπομένων αἱ βολαὶ ῥᾳδίως, οἷα καὶ [83] ὑπερδεξίου καὶ κατὰ πλῆθος πεμπόμεναι. 2 ἀλλ' οὐδὲ οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατιῶται, καίτοι ταῖς ἐξ ὕψους βοηθείαις ἐλαττούμενοι, [84] παρῆκον εἶδος ἀνδρείας καὶ πολεμικῆς ἐπιστήμης. 3 λίθοις γὰρ χειροπλήθεσιν

Obsessi vero telorum omnis generis iactu vim hostilem propulsabant. Quumque saxa deficerent, ignitas bitumine glebas eiaculabantur. Earum iactus facile contingebant eos, qui petebantur; quod de sublimiore loco, & in multitudinem fierent. Sed nec Romani milites, quamuis adiumento loci superioris vincerentur, vllum fortitudinis & scientiæ bellicæ genus intermittebant. Magnos

83. fortasse ἀφ' ὑπερδεξίου, vel ἐξ ὑπερδεξίου. *Sylb.*
84. P.c. παρεῖκον: malim παρῆκαν, vt paullo ante [c. 20. extr.] ἀφῆκαν. *Idem.*

gnos enim lapides & tela coniiciebant in hostes; quæ non arcubus tantum, verum & machinis emittebantur. Eæ non ita constitutæ fuerant, vt vnum modo corpus; sed duo, 4 tria, plura denique ferirent. Quia vero castellum in colle situm erat, duobus muris, & decem ac sex magnis turribus munitum, altaque cinctum fossa, quæ parte quadam castelli præsidiariis aquam ad potum idoneam immittebat: egesta terra fossam imperator complanare milites iussit, aliumque præterea tantam in al- 5 titudinem excitari aggerem, vt turrem æquaret. itidem parte quadam alia terram sub moenibus fodere de- 6 creuit, versus medium murum interiorem; quod per hosce cuniculos hostem adgredi cogitaret. Hostibus autem mi-

ἔβαλλον, βέλεσί τε, οὐκ ἐκ τόξων μόνον ἀφιεμένοις, ἀλλὰ καὶ ἐκ μηχανημάτων· ἅπερ οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνον ἵστατο πεπηγμένα σώματος, ἀλλὰ καὶ δύο καὶ τρία καὶ πλείω διῄει. τοῦ δὲ φρουρίου κειμένου μὲν ἐπὶ λόφου, τείχεσι δὲ δύο καὶ πύργοις ἑκκαίδεκα μεγάλοις ὠχυρωμένου, τάφρῳ τε περιειλημμένου βαθείᾳ, κατά τι μέρος ὕδωρ[85] εἰσφερούσῃ τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ πρὸς πότον ἐπιτήδειον, χῶμα ἐπιχέειν ὁ βασιλεὺς τῇ τάφρῳ τοὺς στρατιώτας ἐκέλευσεν, ἕτερόν τε ἐπὶ τούτῳ πρὸς ὕψος ἀνιστάμενον, ἐξισωθῆναι τῷ πύργῳ· κατὰ δὲ μέρος ἕτερον τὴν ὑπὸ τὰ τείχη γῆν ὀρύττειν ἐγνώκει, κατὰ τὸ μέσον τοῦ ἐνδοτέρου τείχους, διὰ τοῦ ὀρύγματος ἐπιθήσεσθαι τοῖς πολεμίοις πραγματευόμενος. τῶν δὲ πολεμίων τοὺς ἐγείροντας

τὸ

85. ὕδωρ e Leuncl.cod. margine desumtum. In textu & ipse, & Pal. c. habent εἶδος: parum ad rem. *Sylb.*

τὸ χῶμα βολαῖς συνεχέσιν εἰργόντων, τὴν μὲν ἐν τῷ προφανεῖ μάχην, ὁ βασιλεὺς ἀνεδέξατο, πολυειδέσιν ἀμυντηρίοις, κατὰ τῶν βαλλομένων, εἴτε βελῶν, εἴτε πυρσῶν, χρώμενος. Νευΐτα δὲ καὶ 7 Γαδαλαΐφῳ, τά τε χώματα καὶ τὰς τῶν χωμάτων ἐγέρσεις ἐπέτρεψεν· Οὐίκτωρι δὲ παραδοὺς ὁπλίτας τε καὶ ἱππέας, τὰ μέχρι Κτησιφῶντος αὐτῷ διερευνᾶσθαι προσέταξεν· ὥστ', 8 εἴπου τι φανείη πολέμιον, ἀφελκύσαι τὸν βασιλέα τῆς πολιορκίας πειρώμενον, τούτου διὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων κωλυθῆναι τὴν ἐπιχείρησιν· ἅμα δὲ τὴν ὁ- 9 δὸν τὴν ἐπὶ Κτησιφῶντα, σταδίων οὖσαν ἐννενήκοντα, γεφύρων τε κατασκευαῖς καὶ ζευγμάτων, αὐτῷ καὶ τῷ στρατῷ [86] ῥᾷον καταστῆσαι.

lites aggerem excitantes continuo iactu dolorem impedientibus, aperti quidem conflictus ineundi curam imperator in se recepit, variis aduersus coniecta siue tela, siue ignes, defensionum rationibus vtens; Neuitæ vero, ac Gadalaipho cuniculos, & excitationes aggerum commisit: Victori traditis grauis armaturæ militibus, & equitibus, ad ipsam vsque Ctesiphontem explorare loca præcepit; vt si quod agmen hostile conspiceretur, quod imperatorem ab oppugnatione retrahere cogitaret, eius illo conatum opera subiectorum sibi militum reprimeret; simulque viam, quæ Ctesiphontem ducit, & stadiorum est nonaginta, pontibus structis tam sibi, quam exercitui faciliorem redderet.

V 5 His

86. pro ῥᾷον analogiæ lex ῥᾴονα postulat, aut contracte ῥᾴω. *Sylb.*

XXII His inter duces distributis operis, ipse suis arietibus portæ cuidam admotis, non eam modo succussit; verum etiam dissoluit. Quumque segniter intentos operi videret, quibus commissa cura fuerat agendi cuniculos: eos inde remouit, illa ipsa notatos ignominia propter oscitantiam; & eorum in locum alios substituit. Alterum inde arietem alteri portæ admouit; quæ ipsa quoque quum non ferret impetum, venit quidam, qui nunciaret eos, quibus iniunctum fuisset, vt a fossa cuniculos in ipsum vsque oppidum agerent, iam ad operis sui finem peruenisse; ac paratos ad prorumpendum de cuniculis esse. Tres hæ cohor-

Ταύτην διελὼν τοῖς ἡγεμόσι τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτὸς μὲν διὰ τῶν σὺν αὐτῷ κριῶν μιᾷ πύλῃ προσαγαγὼν οὐ κατέσεισε μόνον αὐτήν, ἀλ- 2 λὰ καὶ ἔλυσε· τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ὀρυγμάτων τεταγμένους, ἐκμελῶς ἰδὼν τῷ ἔργῳ χρωμένους, [87] ἐκείνης μὲν ἀπέστησε, ταύτην αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς ἐκμελείας τὴν ἀτιμίαν ἐπαγαγών, ἑτέρους δὲ ἀν- 3 τικατέστησεν· αὐτὸς δὲ κριὸν ἕτερον ἄλλῃ προσέφερε πύλῃ. καὶ ταύτης δὲ τὴν προσβολὴν οὐκ ἐνεγκούσης, ἧκεν [88] ἀγγέλλων τις, ὡς οἱ ταχθέντες τὰ ἀπὸ τῆς τάφρου μέχρι τῆς πόλεως αὐτῆς διορύττειν, ἤδη πρὸς τέλος ἀφίκοντο τοῦ ἔργου, καὶ πρὸς τὸ ἀναδῦναι 4 γεγόνασιν εὐτρεπεῖς. ἦσαν δὲ οὗτοι, τρεῖς λόχοι.

ματ-

87. Cum ἐκείνης extrinsecus subaudiendum τῆς φροντίδος: aut scribendum ἐκείνους, illos. Idem.

88. L. & P. codd. ἧκεν ἀγγέλων τις: quæ scriptura ferri nequit, nisi assumto aliquo Participio, μηνύων, aut simili. Sylb.

ματτιάριοι, καὶ[89] λακκινάριοι, καὶ βίκτωρες. ὁ βασιλεὺς δὲ, ταύτην μὲν πως ἐπέσχεν αὐτῶν τὴν ὁρμήν. πύλῃ δὲ ἑτέρᾳ θᾶττον ἐκέλευσεν εὐτρεπίζεσθαι μηχανήν. καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῇ πᾶσαν ἐφίστη, πείθων τοὺς πολεμίους, ὡς τῇ ὑστεραίᾳ ταύτην προσαγαγὼν, ἐγκρατὴς τοῦ φρουρίου γενήσεσθαι. ἐποίει δὲ τοῦτο, πᾶσαν ἔννοιαν τοῖς Πέρσαις τῆς διὰ τοῦ ὀρύγματος ἀναιρῶν πολιορκίας. τῶν ἀπὸ τοῦ φρουρίου τοίνυν ἁπάντων εἰς τὸ τὴν μηχανὴν ἀποκρούσασθαι συστραφέντων, διορύξαντες τὸν ὑπόνομον οἱ ταύτῃ ταχθέντες, εἶτα τὴν ἐπικειμένην ἄχρι τῆς ἐπιφανείας γῆν διατρήσαντες, ἐφάνησαν οἰκίας ἐν μέσῳ, καθ' ἣν ἔτυχέ τις ἀλετρὶς γυνὴ, νυκτὸς οὔσης ἔτι βαθείας, σῖτον ἄλευρα εἶναι ἐργαζομένη.

5 6 7

tes erant; Mattiarii, Laccinarii, & Victores. Imperator, eorum inhibito non nihil impetu, alii portæ celeriter admoueri machinam iussit, ac ibidem copias vniuersas constituit; vt hosti persuaderet, postridie se hac adhibita machina, oppido potiturum. id autem propterea faciebat, vt Persis omnem cogitationem institutæ per cuniculos expugnationis eximeret. Quapropter oppidanis omnibus, in hoc conuersis, vt machinam illam eliderent; peractis iam cuniculis ii, quibus illorum fossiones mandatæ fuerant, quum imminentem sibi terram ad superficiem vsque perforassent, media quadam in domo prodierunt; in qua molendinaria mulier erat, quæ alta nocte farinam e frumento conficiebat.

Eam

89. *Laccinarii.* P.c. Laciarii: forsan Lancearii; vt in Notitia vtriusque imperii, Lancearii seniores, Lancearii Stobenses, Lancearii Augustenses. *Syl.*

Eam exclamaturam, 8 qui primus prodiit, interfecit. Is erat Superantius, de Victorum numero, non obscurus miles; quem sequutus est Magnus; post quem tertius emersit Iouianus, ordinis notariorum tribunus; deinde plures. Exitu paullatim dilatato, medio in oppido cuncti erant. Tum vero progressi ad 9 murum, præter omnem spem irruebant in Persas; qui cantilenas more patrio factas pronunciabant, regis sui virtutem celebrantes, & imperatoris Romani conatum irritum reprehendentes. Nam facilius aiebant eum Iouis aula potiturum, quam oppido. Hos adorti partim obuios cæ- 10 debant, & de muro deturbantes neci dabant; partim persequentes

νη. ταύτην μὲν οὖν ὁ πρώτως ἀναδὺς, ἐκβοᾶν μέλλουσαν, παίσας ἀνεῖλεν. ἦν δὲ Σουπεράντιος ἐν τῷ λόχῳ τῶν βικτώρων οὐκ ἄσημος. ἐπὶ τούτῳ δὲ Μάγνος, καὶ τρίτος ὁ Ἰοβιανὸς, τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων προτεταγμένος. ἔπειτα δὲ πλείους. εὐρυνομένου δὲ κατὰ βραχὺ τοῦ στομίου, πάντες ἦσαν ἐν μέσῳ. τότε δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐλάσαντες, ἐπέστησαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῖς Πέρσαις, ᾄσματα λέγουσιν 90 ἐπιχώρια, τὴν μὲν τοῦ σφῶν βασιλέως ἀνδρείαν ὑμνοῦντα, διαβάλλοντα δὲ τὴν τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἀνέφικτον ἐπιχείρησιν. ῥᾷον γὰρ ἔφασκον αὐτὸν τὴν τοῦ Διὸς αἱρήσειν αὐλὴν, ἢ τὸ φρούριον. ἐπιθέμενοι δὲ, τοὺς ἐν χερσὶν ἔπαιόν τε καὶ ἐκ τοῦ τείχους ὠθοῦντες, διέφθειρον. τοὺς δὲ καὶ

90. Marcellinus 24, c. 15. *ex vsu moris gentici iustitiam felicitatemque regis sui canoris vocibus extollentes:* ad quem locum vide a Valesio notata.

καὶ διώκοντες, παντοδαποῖς θανάτου τρόποις ἀνήρουν, οὔτε γυναικῶν οὔτε παίδων ἀπεχόμενοι, πλὴν εἰ μήπου γέ τινας αἰχμαλώτους αὐτοῖς ἔδοξεν ἔχειν. Ἀναβδάτης δὲ ὁ † ἀρχιφύλαρχος ἐν τῷ διαδραμόνται τὸ φρούριον ἁλοὺς, ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὖσι, τῷ βασιλεῖ προσήχθη δεδεμένος τὰς χεῖρας. κατὰ ταῦτα τοῦ φρουρίου κατὰ κράτος ἁλόντος, ἡβηδὸν δὲ πάντων ὅσοι κατὰ τοῦτο ἦσαν ἀναιρεθέντων, ἐκ παραδόξου δὲ ὀλίγων διασωθέντων, ἐφ' ἁρπαγὴν ὁ στρατὸς τῶν [91] ἀποκειμένων χρημάτων ἐχώρει. κομισαμένου δὲ ἑκάστου τὸ περιπεσὸν, τό τε τεῖχος ἄχρις ἐδάφους, προσενεχθεισῶν αὐτῷ πλείστων μηχανῶν, κατηνέχθη, καὶ τὰ οἰκήματα πυρί τε καὶ ταῖς τῶν στρατιωτῶν χερσὶ κατελύθησαν, οὕτω τε εἰς	variis modis interficiebant: nec a fœminis, nec pueris abstinentes; nisi si quos retinere captiuos eis visum fuisset. Anabdates vero, [11] præsidiariorum magister, dum castellum percursitaret, captus; vna cum satellitibus, qui erant octoginta numero, manibus ligatis ad imperatorem deductus est. [12] Hac via capto per vim oppido, & omnibus in eo cuiuslibet ætatis interemtis, perpaucis omnino præter opinionem elapsis; ad diripiendas opes in eo repositas miles progrediebatur. Cuum [13] quilibet abstulisset, quidquid obuium nactus fuerat: murus ad solum vsque, plurimis admotis machinis, prostratus est; & ædificia flammis militumque manibus diruta, redactaque ad eam speciem,

† Leuncl. cod. margo: ἀρχιφύλακος.
91. fortasse rectius τῶν ἐναποκειμένων. Sylb.

em, numquam vt exstitisse viderentur.

XXIII. Hinc vlterius progressus, oppida quædam alia parum celebria transibat, & quoddam ad septum perueniebat, quod Regis venationem vocabant. 2 Erat autem murus quidam, intra se complexus ingens spatium, variis arboribus consitum. In eo clausæ omnis generis feræ, satis alimentorum habebant, quæ quidem huc eis aduehebantur; & regi venandi facultatem, quoties vellet, 3 præbebant. Id conspicatus Iulianus, multis locis murum perfringi iussit. Quo facto feræ fugientes a militibus telis configebantur. 4 Non procul alicubi ab eo loco regiam vidit, more Romano magnifice structam; quam vbi cognouisset a Ro-

τὸ μὴ γεγενῆσθαι ποτὲ δοκεῖν παρέσχη.

Τῆς δὲ ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας ἐχόμενος, διῄει μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀνομαστὰ φρούρια· παραγίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον, ὃν Βασιλέως θήραν ἐκάλουν. ἦν δέ τι τειχίον, χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρεσι πεφυτευμένον παντοδαποῖς· ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκεκλεισμένα γένη, τροφῆς τε οὐκ ἠπόρουν, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι· καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ τοῦ θηρᾶν, ἡνίκα ἂν βουληθείη, ῥᾳστώνην. τοῦτο Ἰουλιανὸς θεασάμενος, διαρρήγνυσθαι κατὰ πολλὰ μέρη τὸ τεῖχος ἐπέταττε· οὗ δὴ γινομένου, φεύγοντα παρὰ τῶν στρατιωτῶν τὰ θηρία κατετοξεύετο. ἐνταῦθά που πλησίον γενόμενος, βασίλεια εἶδε εἰς τὸν Ῥωμαϊκὸν μεγαλοπρεπῶς ἐξησκημένα τύπον· καὶ μαθὼν ταῦ-

τα

τα ὑπὸ Ῥωμαίων [92] ὠκοδομῆσθαι, καταλέλοιπεν, οὐ συγχωρήσας τοῖς ταξιάρχοις λωβήσασθαί τι τῶν ἐν αὐτοῖς, αἰδοῖ τοῦ Ῥωμαίους λέγεσθαι τοὺς ταῦτα δημιουργήσαντας. Ἐντεῦθεν ἡ στρατιὰ, φρούριά τινα παραδραμοῦσα, εἰς πόλιν ἀφίκετο * μείνας συβαθὰ καλουμένην. διέστηκε δὲ αὕτη σταδίοις τριάκοντα τῆς πρότερον μὲν [94] Ζωχάσης, νῦν δὲ Σελευκείας ὀνομαζομένης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς πλησίον που μετὰ τῆς πολλῆς στρατιᾶς ηὐλίσθη. προηγούμενοι δὲ οἱ κατάσκοποι τὴν πόλιν κατὰ κράτος αἱροῦσι. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τὰ τείχη ταύ-

manis ædificatam, reliquit, nec tribunis, vt aliquid in ea corrumperent, permisit: eius famæ verecundia motus, quod ædificii auctores Romani perhiberentur. Hinc vbi castella quædam prætereiisset exercitus, ad oppidū [93] Armeniæ venit, Sabatha dictum; quod triginta stadiis ab ea distat, quæ prius quidem Zochasa, nunc vero Seleucia nuncupatur. Imperatore in vicino loco cum maiori exercitus parte commorato, exploratores antegressi vi oppidum capiunt. Postridie quum

92. L. & P. οἰκοδομεῖσθαι. Præf. Temp. minus conuenienter. *Idē.*

93. Pro μείνας Leuncl. dubitat, Μηδίας, an Ἀρμενίας sit legendum. In priore translatione id plane neglexit: in recensita vertit *Armeniæ*; attamen in margine scripsit: *Vel Media.*

94. Ζωχάσης. Zosimi verba (inquit Salmasius Exerc. Plin. f. 1226) ita legenda sunt: Χώχης, νῦν δὲ Σελευκείας ὀνομαζομένης. Et Scaliger ad Eus. n. 2298. Apud Zosimum, inquit, lib. III. Ζωχάσης ἀντὶ τοῦ Κώχης legitur mendose, vt videtur. Rationes, quibus tanti viri innisi sint, ad Eutropium dedimus. Quæ contra obiiciat Valesius, ex contextu Ammiani lib. 24. c. 18. & 21. & Stephano Byzantino in Κωχὴ, notauimus ad Sex. Rufum.

quum muros eius circumiret imperator, corpora suffixa patibulis ante portas conspexit. Ea narrabant indigenæ cuiusdam esse necessariorum, qui fuisset accusatus, quasi quoddam oppidum ditionis Persicæ prodidisset, quod imperator Carus occupauerat. Heic Anabdates præsidii magister in iudicium productus est; qui exercitum Romanum diu deceperat, velut ei profuturus in gerendo contra Persas bello: & delatus id temporis, quod in Hormisdam maledicus esset, in præsentia plurimorum proditorem eum vocans, & susceptæ contra Persas expeditionis auctorem; eoque nomine conuictus, capitis supplicium pertulit.

τῆς ὁ βασιλεὺς περινοστῶν, ἑώρα σώματα προσηρτημένα σταυροῖς, ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν. 7 ταῦτα δὲ ἔφασκον οἱ ἐπιχώριοι συγγενῶν εἶναι διαβληθέντος τινὸς ὡς προδότου πόλεως γεγονότος, ἣν ἔτυχεν ὁ βασιλεὺς Κάρος, Περσῶν οὖσαν, ἑλών. 8 ἐνταῦθα Ἀναβδάτης ὁ φρούραρχος, εἰς κρίσιν ἤγετο· περιαγαγὼν μὲν ἐπὶ πολὺ τὸν Ῥωμαίων στρατὸν, ὡς δὴ συντελέσων αὐτοῖς πρὸς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. 9 τότε δὲ ἐξελεγχθεὶς, ὡς ἐλοιδορεῖτο παρὰ πλείστοις Ὁρμίσδην προδότην ἀποκαλῶν, καὶ τῆς κατὰ Περσῶν αἴτιον ἐκστρατείας· καὶ ἐπὶ τούτοις ἁλοὺς, ἀνῃρέθη.

XXIV Ulterius profecto exercitu, paludes Arinthæus perscrutans, multos in eis repertos captiuos abduxit.

Προϊόντος δὲ περαιτέρω τοῦ στρατοῦ, τὰ ἕλη διερευνώμενος Ἀρινθαῖος, πολλούς τε ἐν τούτοις εὑρὼν, αἰχμαλώτους

λώτες ἀπήγαγον. ἐνταῦθα πρῶτον οἱ Πέρσαι συστραφέντες, ἐπελθόντες τοῖς τοῦ στρατοῦ προτρέχουσι κατασκόποις. ὀξέως δὲ τραπέντες, εἰς τὴν πλησίον ἀγαπητῶς ἀνέφυγον πόλιν. κατὰ δὲ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην τοῦ ποταμοῦ, τοῖς ἐπιτεταγμένοις τὴν τῶν ὑποζυγίων φυλακὴν οἰκέταις, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων ἦσαν, ἐπελθόντες οἱ Πέρσαι, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ζῶντας ἀπήγαγον. ὅπερ πρῶτον ἐλάττωμα Ῥωμαίοις συμβὰν, ἀθυμίαν ἐνεποίησε τῷ στρατοπέδῳ. Ἐντεῦθεν ἁρμόσαντες, ἦλθον εἰς τινὰ διώρυχα μεγίστην, ἣν ἔλεγον οἱ τῇδε, παρὰ Τραιανοῦ διωρύχθαι, Πέρσαις ἐπιστρατεύσαντος· εἰς ἣν ἐμβαλὼν ὁ Ναρμαλάχης ποταμὸς, εἰς τὸν Τίγριν ἐκδίδωσι. ταύτην ὁ βασιλεὺς καθῆραί τε ἅμα καὶ ἐρευνᾶν διενοήθη, πόρον τε τοῖς πλοίοις ἐπὶ τὸν Τίγρητα

2 Heic primum Persæ conglobati, exploratores exercitum antecedentes adorti sunt. Sed 3 confestim in fugam acti, cupide vicinam ad vrbem conuolabant. 4 Ex aduersa vero ripa fluminis Persæ calones adgressi, qui iumentis præsidio relicti fuerant, itidemque ceteros, quicumque cum his erant, partim occiderunt, partim viuos abduxerunt. Hoc detrimentũ quod primum Romanis accidit, consternatione quadam militum animos percussit. 5 Inde motis castris, maximum quemdam ad alueum fluminis ventum est, quem eius loci homines a Traiano, bellum Persis faciente, ductum esse commemorabant; & in quem Narmalaches fluuius deriuatus, in Tigrim semet exonerat. 6 Hunc & repurgare Imperator pariter, & explorare constituit; vt aditum nauigiis ad Tigrim

grim patefaceret, ac, sicubi liceret, ad transuehendam maiorem exercitus partem, pontes faceret.

παραδοκιμάζων, καὶ, εἴπου παρείκοι, γεφύρας τῇ τοῦ πολλοῦ στρατοῦ διαβάσει.

XXV. Hæc dum istic fierent, in aduersa ripa magnus Persarum numerus, tam equitum, quam peditum, concursu facto, si quis transmissus tentaretur, prohibere nitebatur. 2 Hoc, hostium institutum videns Imperator, ad transiiciendum in eos irritabatur. Ideoq; cum iracundia duces hortabatur, vt naues ingrederentur. 3 Sed quum illi ripam aduersam cernentes altiorem, ac præterea sepem quandam ad eam porrectam, ab initio muniendi paradisi regii

Τούτων δὲ ταύτῃ πραττομένων, ἐπὶ τῆς ἀντιπέρας ὄχθης πλῆθος Περσῶν συνδραμὸν ἱππέων τε καὶ πεζῶν, εἴ τις ἐπιχειρηθείη διάβασις, ἐπειρᾶτο κωλύειν. ταύτην ὁ βασιλεὺς τὴν παρασκευὴν τῶν πολεμίων βλέπων, ἐπὶ τὸ διαπλεῖν ἐπ' αὐτοὺς ἠρεθίζετο, καὶ σὺν ὀργῇ τοῖς στρατηγοῖς ἐνεκελεύετο τῶν πλοίων ἐπιβαίνειν. ἐπεὶ δὲ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην θεωροῦντες ὑψηλοτέραν, καὶ ἕρκος θριγγόν τινα συμπαρατεινόμενον, εἰς ἔρυμα μὲν παραδείσου[95] βασιλικοῦ τὴν ἀρχὴν οἰκοδομη-

95. παραδείσου βασιλικοῦ. Ammian. 24, c. 21. id multis verbis describit. Solebant vero Reges Persarum, vtpote venationi admodum dediti, quibusdam septis ac viuariis feras omnis generis includere, vt quoties se equosque exercere vellent, citra laborem venarentur. Hæc autem septa fere palatiis erant adiuncta, vt docet Xenophon lib. 1. Exped. Cyri, sub initium. *Valesius.*

δομημένον· τότε δὲ τείχους πληρῶντα χρείαν, δεδιέναι τὰς ἐξ ὕψους τῶν βελῶν τε καὶ πυρσῶν βολὰς ἔλεγον· ἐγκειμένου 4 [96] [δὲ] τοῦ βασιλέως, δύο νῆες [97] ὁπλιτῶν πλήθει ἐπεραιώθησαν. ἃς εὐθὺς οἱ Πέρσαι, πυρφόρων βελῶν πλῆθος ἀφέντες, κατέφλεξαν. ἐκδειματωθέντος 5 δὲ πλέον τοῦ στρατοῦ, τὴν συμβᾶσαν ὁ βασιλεὺς καταστρατηγήσας διαμαρτίαν, Περιγεγόνασιν, ἔφη, τῆς διαβάσεως, καὶ κύριοι τῆς ὄχθης γεγόνασι. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ πῦρ τὸ ἀπὸ τῶν πλοίων ἐξαφθέν, ὅπερ αὐτὸς ἐπέσκηψα τοῖς ἐπὶ τῶν νεῶν στρατιώταις, σύμβολον τῆς νίκης ποιήσασθαι. τότε 6 τοίνυν ἅπαντες, ὡς εἶχον, εἰς τὰ πλοῖα ἐμβάντες, ἐπεραιώθησαν· καὶ ὅπῃ βάσιμον ἦν τὸ ὕδωρ ἐπιπηδήσαντες, εἰς τε τὸν ἐκ χειρὸς ἀγῶνα καταστάν-

caussa structam, tunc vsum muri præbentem, metuere se telorum & ignium de sublimi iactus dicerent: vrgente Imperatore, nauigia duo, legionariis referta, transiecere; quæ Persæ statim, ignitorum telorum magna vi coniecta, succenderunt. Quum maiori trepidatione percussus esset exercitus, Imperator vafro commento corrigens admissum erratum; Successit, inquit, eis transiectio, ripaque potiti sunt. Hoc enim ignis ille de nauigiis accensus indicat; quem milites ego transmittentes excitare iusseram, veluti bene gestæ rei signum. Tunc igitur omnes ita, vt instructi erant, naues ingressi transmiserunt: & qua vado per aquam iri poterat, in eam insili-

96 inclusa δὲ, aut superflua est, aut pro *tamen* posita *Sylb.*

97. in ὁπλιτῶν πλήθει ellipsis est Præpos. *σὺν*, *Idem.*

entes, comminus proelio cum Persis inito, non in ripam solum euaserunt; verum etiam recuperatis duabus illis iam semiustis nauibus, quae prius transmiserant, 7 reliquos adhuc in eis legionarios saluos eripuerunt. Secundum haec congressis exercitibus, 8 a media nocte proelium ad meridiem vsque perdurauit. Tandem Persae cedentes, totis viribus fugam arripiebant, facto eius ab ipsis ducibus initio. Hi duces erant Pigraxes, genere dignitateque secundum Regem 9 cunctos antecellens, & Anareus, & ipse Surenas. Fugientes insequuti Romani, & cum eis Gotthi, multos deleuerunt; & auri argentique magna potiti sunt copia, variisque tam virorum, quam equorum ornamentis, & argenteis lectis atque

τες τοῖς Πέρσαις, οὐ μόνον ἐκράτησαν τῆς ὄχθης, ἀλλὰ καὶ τὰ πρότερον περαιωθέντα δύο πλοῖα καταλαβόντες ἡμίφλεκτα, τοὺς ἐγκαταλελειμμένους ἔτι τῶν ἐν αὐτοῖς 7 ὁπλιτῶν διέσωσαν. Συμπεσόντων δὲ λοιπὸν τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἐκ μέσης νυκτὸς ἀρξαμένη μέχρι μέσης ἡμέρας ἡ 8 μάχη. τέλος, ἐνδόντες ἔφυγον [illegible] οἱ Πέρσαι, τῆς φυγῆς ἡγησαμένων τῶν στρατηγῶν. ἦσαν δὲ οὗτοι Πιγράξης τοῦ γένους καὶ ἀξιώσει προέχων ἁπάντων μετὰ τὸν σφῶν βασιλέα, καὶ Ἀναρέξος, καὶ ὁ Σουρήνας 9 αὐτός. Φεύγουσι δὲ ἐπεκδραμόντες Ῥωμαῖοί τε, καὶ σὺν τούτοις οἱ Γότθοι, πολλοὺς μὲν ἀπώλεσαν· χρυσίου δὲ πολλοῦ καὶ ἀργύρου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἔτι δὲ κόσμου παντοίου τοῖς τε ἀνδράσι καὶ ἵπποις περικειμένου, καὶ κλινῶν ἀργυρῶν καὶ τραπεζῶν, ὅσαις ἐνέτυχον ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐν τῷ

τῶ χάρακι καταλελειμμέναις. ἔπεσον δὲ καὶ ἐν τῇ μάχῃ, Περσῶν μὲν, πεντακόσιοι καὶ δισχίλιοι, Ῥωμαίων δὲ οὐ πλείους πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. τὸν δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ στρατοπέδου παιᾶνα, Βίκτωρ ὁ στρατηγὸς ἔδοξέ πως ἐλαττοῦν, καταπέλτῃ τρωθείς.

mensis, quascunque relictas a ducibus, in fossato repererunt. Ceciderunt in pugna Persarum duo millia, quingenti; Romanorum non plures quam septuaginta quinque. Ouationem exercitus, ob partam victoriam, visus est quodam modo dux Victor, catapulta læsus, imminuere.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, τὸν Τίγρητα ποταμὸν ὁ βασιλεὺς τὸ στράτευμα ἐπὶ πολλῆς ἀδείας διαβιβάσας, τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἡμέρᾳ καὶ αὐτὸς μετὰ πάσης τῆς ἀμφ' αὐτὸν δορυφορίας ἐπεραιοῦτο. καὶ πρός τι χωρίον ἐλθὼν, (Ἀβουζαθὰ τοῦτο Πέρσαι καλοῦσιν) ἡμέρας ἐν τούτῳ διέμεινε πέντε. διασκοπῶν δὲ περὶ τῆς ἐπέκεινα πορείας, ἄμεινον [98] ἔχων ᾠήθη, μηκέτι συμπαραπέμπειν τῇ ὄχθῃ τοῦ ποτα-

XXVI Postridie imperator exercitu trans Tigrim flumen magna cum securitate vecto, tertio post pugnam die cum vniuerso satellitio suo & ipse transiiciebat. Quumque peruenisset ad castellum 2 quoddam, (Abuzatha Persæ vocant) dies in eo quinque commoratus est. Dispiciens de 3 faciundo vlterius itinere, rectius se facturum arbitratus est, si propter ripam fluminis exer-

98. Rectius ἄμεινον ἔχον, Neutro vtrumque Genere, & Participio pro Infinitiuo posito. *Sylb.*

exercitum non amplius duceret, sed ad mediterranea pergeret; quod nulla iam caussa superesset, quæ vsum nauigiorum posceret. 4 Hæc quum ei ad animum accidissent, exercitui consilium exponit, naues exuri iubens; quæ quidem omnes, demtis decem & octo Romanis, Persicis quatuor, igni absumtæ fuerunt. Nam curribus hæ vectæ comitabantur exercitum, emergentibus, (ceu par erat) vsibus subseruituræ. 5 Iam paulo supra flumen iter reliquum conficiundum erat: vbi locum, qui Noorda dicitur, attigissent; ibidem diuertebant. 6 Complures heic Persæ capti ac trucidati. Progressi ad Durum amnem, ponte iuncto transierunt. Conspicati Per-

μοῦ τὸν στρατὸν, ἀμείνας δὲ ἐπὶ τὴν μεσόγειαν, ὡς οὐδενὸς ὑπολειπομένου πλοίων εἰς χρείαν αὐτοὺς καθιστάντος. ταῦτα δὴ λαβὼν κατὰ νοῦν, εἰσηγεῖται βουλὴν τῷ στρατῷ, τὰ πλοῖα ἐμπρῆσαι κελεύων· καὶ πάντα, πλὴν [99] ὀκτωκαίδεκα Ῥωμαϊκῶν, Περσικῶν δὲ τεσσάρων, ἐδαπανήθη πυρί. ταῦτα γὰρ ἁμάξαις φερόμενα, ἠκολούθει, ταῖς ἀνακυπτούσαις, ὡς εἰκὸς, ὑπηρετησόμενα [100] χρείαις. ὀλίγον δὲ ἀνωτέρω τοῦ ποταμοῦ, τὸ λειπόμενον ἔδει ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ. Νοορδᾶ δὲ τῷ τόπῳ προσχόντες, αὐτοῦ που κατέλυον· ἔνθα πολλοὶ πανταχόθεν ἡλίσκοντο Πέρσαι, καὶ κατεσφάττοντο. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὸν Δοῦρον ποταμὸν, διέβησαν τοῦτον, γέφυραν ζεύξαντες. ἐπεὶ δὲ τοὺς Πέρσας ἐθεάσαντο, τὸν μὲν ἐν τῇ γῇ πάντα χιλὸν κατα-

καίο-

99. ὀκτωκαίδεκα] Ammianus 24, c. 25. *duodecim*.
100. Vsus earum futurus in *pangendis pontibus*. Ammian. c. l.

καύσαντας, ὡς ἂν τὰ ὑποζύγια τῶν Ῥωμαίων τροφῆς ἀπορίᾳ πιέζοιτο· συστάντας δὲ αὐτοὺς κατὰ πολλοὺς λόχους, ἐκδέχεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, ὡς δὴ μὴ σφόδρα πολλοὺς διανοουμένους. 7 τότε δὴ συνειλεγμένους εἰς ταὐτὸν θεασάμενοι, πρὸς τὴν ὄχθην ἐχώρησαν τοῦ ποταμοῦ. 8 τῶν δὲ ἡγουμένων τοῦ στρατοῦ κατασκόπων εἰς χεῖρας ἐλθόντων μοίρᾳ τινὶ Περσικῇ, Μακαμαῖος τις γυμνὸς ὑπὸ προθυμίας ἐπιπεσὼν, τέσσαρας ἀναιρεῖ· συστραφέντων δὲ ἅμα πολλῶν ἐπ' αὐτὸν, κατασφάττεται. 9 Μαῦρος δὲ ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, τὸ σῶμα ἰδὼν ἐν μέσοις κείμενον Πέρσαις, ἁρπάζει αὐτὸ, καὶ τὸν πρῶτον παίσαντα κτείνει· καὶ οὐκ ἀπεῖπε βαλλόμενος, ἄχρις ὅτε τὸν ἀδελφὸν ἔμπνουν ἔτι τῷ στρατῷ παρέδωκεν.

fas omne soli pabulum cremasse; vt iumenta Romanorum pastus inopia premerent; eosdemque coactos in plures turmas, Romanos opperiri, quos non admodum multos arbitrarentur: vbi iam collectos in vnum conspexissent, ad ripam fluminis tendebant. Heic quum exploratores, qui exercitum praecedebant eum, cum Persarum cuneo quodã manus consererent; Macamaeus quidam prae animi alacritate, inermis in hostes irruens, quatuor ex iis interficit. Verum pluribus simul in eum conuersis, mactatur. Eius frater Maurus, conspectum medios inter Persas fraternum corpus carpit, & eum, qui primus ictum intulerat, occidit; neque telis petitus animum despondit, donec fratrem adhuc spirantem exercitui reddidisset.

XXVII. Qvum ventum ad oppidum Barophthas esset, pabulum a barbaris exustum repererunt. Posteaquam 2 cuneus quidam Persarum cum Saracenis conspectus fuisset; ac ne facie quidem tenus exercitum Romanum sustinuisset, sed ex oculis se continuo subduceret: coëuntes alii post alios exiguo numero Persæ; globo suorum collecto, Romanis eam 3 de se præbebant opinionem, quasi jumenta essent adgressuri. Tum vero primus loricam induens imperator, universum cursim antelibat exercitum: nec sustinuerunt impetum Persæ, sed in loca sibi 4 nota diffugiendum censuerunt. Itaque progressus imperator, ad vicũ Symbrã venit, qui duobus oppidis interiacet, 5 quorum nomina sunt Nisbara & Nischanabe. Hæc

Ἐλθόντες δὲ εἰς πόλιν Βαρόφθας, τὸν χιλὸν εὗρον ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταπρησθέντα. μοίρας δέ τινος Περσῶν ἅμα Σαρακηνοῖς ἐπιφανείσης, καὶ οὐδὲ ἄχρι θέας τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν ὑποστάσης, ἀλλ' αὐτόθεν ἀφανοῦς [1] γινομένης, καὶ ὀλίγους εἰς ταυτὸ [2] συνιέντες οἱ Πέρσαι, συνειλεγμένοι τε εἰς πλῆθος, ἤδη παρεῖχον ὑπόνοιαν ὡς ἐπελευσόμενοι τοῖς ὑποζυγίοις. τότε δὴ πρῶτος ἐνδὺς τὸν θώρακα ὁ βασιλεύς, πάντος μὲν αὐτὸς προέδραμε τοῦ στρατεύματος. οἱ Πέρσαι δὲ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' εἰς τοὺς αὐτοῖς ἐγνωσμένους ἀποδράναι διέγνωσαν τόπους. Περιιὼν δὲ εἰς κώμην ἐλήλυθε Σύμβραν, ἥτις ἐν μέσῳ δυοῖν κεῖται πόλεων, αἷς ὀνόματα Νίσβαρα καὶ Νισχανάβη. διαιρεῖ δὲ ταύτας ὁ Τί-

γρις

1. γινομένης, congruentius γενομένους. Temp. Aor. *Sylb.*
2. Vsitatior scriptura esset συνιόντες. *Idem.*

ρεις· καὶ γέφυρα ἦν, ἣ τὰς ἐπιμιξίας τοῖς ἀμφοτέρων οἰκήτορσιν ἐδίδου ῥᾳδίας καὶ συνεχεῖς, ἣν οἱ Πέρσαι κατέφλεξαν, ὡς ἂν μὴ διὰ ταύτης οἱ Ῥωμαῖοι κατ' ἐξουσίαν ἑκατέροις παρενοχλοῖεν. 6 ἔνθα πρῶ λόχοι Περσῶν ἀναφανέντες, ὑπὸ τῶν προνομευόντων κατασκόπων ἐτράπησαν· καὶ ἅμα τροφὴν ἄφθονον ὁ στρατὸς εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ κώμῃ, καὶ ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἤρκει λαβὼν, τὸ περιττὸν, ὅσον ἦν, ἅπαν διέφθειρεν. 7 Ἐπεὶ δὲ μεταξὺ Δανάβης πόλεως καὶ Σύγκης ἐγένοντο, τοῖς φύλαξι τῆς οὐραγίας τοῦ στρατοπέδου συμπεσόντες οἱ Πέρσαι, πολλοὺς ἀπέκτειναν· πλείους δὲ ἀποβαλόντες, ἐτράπησαν, καὶ ἄλλως ἐλαττωθέντες. 8 ἀνῃρέθη γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ σατράπης τις τῶν ἐπιφανῶν, ὄνομα † Δάκης· ὃς ἔτυχε πρότερον ἐπὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν βα-

oppida Tigris diuidit, & pons erat, qui amborum incolis expedita frequentiaque commercia suppeditabat. Eum Persæ cremarunt, ne Romani per illum, vtrosque pro libitu vexarent. Heic conspectæ Persarum cohortes, ab exploratoribus pabulatum egressis in fugam actæ sunt; & exercitus de inuenta in hoc vico annona vbere, quum ea sumsisset, ad vsum quæ sufficerent; quidquid erat reliquum, corrupit. Inde quum inter oppidum Danaben & Syncam essent, Persæ cum agminis extremi præsidiariis congressi, multos interfecerunt: sed amissis pluribus, terga dederunt, quum ceteroquin etiam inferiores discederent. Nam hoc prœlio nobilis quidam Satrapa trucidatus est, nomine Daces, lega-

X 5 tus

† Scribe cum Ammiano 25, 2. Αδάκης. *Valef.*

tus ad imperatorem Constantium quondã missus, qui cum eo de pace, componendoq; bello, colloqueretur.

σιλέα Κωνςάντιον ἀπεςαλμένος, εἰρήνης πέρι καὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου διαλεξόμενος.

XXVIII.

VBi Romanos ad oppidum Accetam propius accedere, conspexissent hostes; fructus, qui erant in agris, exurebant: in quos incursione facta, ignem Romani restinguebant, ac fructus reliquos vsui suo reseruabant. Vlterius autem progressi, ad vicum Maronsa peruenerunt; vbi turmæ Persarum, extremi agminis præsidio relictos adortæ, manum conseruerunt, & cum alios milites, tum Brettannionem turmæ ducem, viriliter dimicantem, interfecerunt. Captæ sunt & naues, quæ longe a tergo exercitus in hostem inciderant. Hinc vicos quosdam cursim prætergressi; Tummaram venerunt; vbi concrema-

Ἰδόντες δὲ αὐτοὺς οἱ πολέμιοι πλησιάζοντας Ακκήτη πόλει, τοὺς ἐν τῇ γῇ καρποὺς ἐπυρπόλουν. οἷς ἐπιδραμόντες οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πῦρ κατέσβεσαν, καὶ τῶν καρπῶν τοῖς λειπομένοις ἐχρήσαντο. 2 Περαιτέρω δὲ προελθόντες, εἰς Μάρωνσα παραγενόμενοι κώμην, ἣ τοῖς τὴν οὐραγίαν τοῦ στρατοῦ φυλάττουσιν ἐπιθέμενοι Περσῶν λόχοι, συνέπεσον, καὶ ἀπώλεσαν ἄλλους τε στρατιώτας, καὶ Βρεττανίωνα τὸν ἡγεμονίαν ἔχοντα τοῦ λόχου, ἀνδρείως ἀγωνισάμενον. καὶ πλοῖα δὲ ἥλω, κατόπιν πολὺ τοῦ στρατοπέδου τοῖς πολεμίοις περιπεσόντα. 3 Παραδραμόντες δὲ κώμας τινὰς, εἰς Τούμμαραν ἦλθον. ἔνθα μεταμέλεια πάντας εἰσῆλθε τῆς τῶν

πλοίων ἐμπρήσεως. τά τε γὰρ ὑποζύγια πρὸς [3] τῶν ἐπιτηδείων κομιδὴν οὐκ ἐπήρκει, τοσαύτην ὁδὸν καὶ πᾶσαν διὰ πολεμίας ταλαιπωρούμενα. καὶ οἱ Πέρσαι 4 τὰ γενήματα συλλέγοντες, ὅσα οἷοί τε ἦσαν, ἐν τοῖς ὀχυρωτάτοις ἐναποκλείσαντες τόποις, τῆς ἀπὸ τούτων χρείας τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀφηροῦντο στρατόπεδον. ἐν τούτοις δὲ 5 ὅμως οὖσιν αὐτοῖς, ἐπεφάνη Περσικὰ τάγματα. καὶ μάχης γενομένης, ἐκράτουν τῷ πλείονι [4] Ῥωμαῖοι, πολλοὺς ἅμα τῶν Περσῶν ἀνελόντες. Τῇ δὲ μετὰ ταῦτα ἡμέρᾳ, 6 περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν οἱ Πέρσαι συνταχθέντες εἰς πλῆθος, τοῖς οὐραγοῖς τοῦ Ῥωμαίων στρατεύματος ἀδοκήτοις ἐπέπεσον. οἱ δὲ, ἀσύντακτοι 7 τέως ὄντες, καὶ τῷ αἰφνι-

tarum nauium cunctos pœnituit. Quippe iumenta vehendo commeatui non sufficiebant, tanti iam itineris ærumnis in hostili solo confecta; & Persæ, quoscunque poterant, fructus colligentes; eorum intra munitissima loca conclusorum vsu Romanos prohibebant. Hoc tamen rerum statu Persicis legionibus conspectis, initaque pugna longe Romani superiores euadebant, multis Persis interfectis. Postridie eius diei, quo tempore forum frequentissimum erat, conglobati Persæ nec opinantes eos, qui agmen extremum Romanorum cogebant, adorti sunt. Illi, quamuis nondum adhuc ordines instruxissent, & impressio-

3. Rectius πρὸς τὴν τῶν ἐπιτηδείων κομιδὴν, geminato Articulo. *Sylb.*

† Leuncl. *in marg.* Vetranionem.

4. Rectius οἱ Ῥωμαῖοι, cum Articulo. *Sylb.*

pressione subita perturbati essent; tamen vicissim in hostem pergebant alacriter, principe more suo circumeunte, ac legiones ad virtutem excitante.

δίῳ τῆς ἐφόδου συνταραχθέντες, ὅμως ἀντεπιέναι προεθυμοῦντο, τοῦ βασιλέως, ἧπερ εἰώθει, περιϊόντος, καὶ εἰς θάρσος τὰς τάξεις ἐγείροντος.

XXIX Qvum ad manus vndique ventum esset, & imperator partim turbarum duces ac tribunos obiret, partim promiscue conserta in turba militum versaretur: in ipso ardore prœlii gladio feritur, scutoque impositus ad tentorium deportatur; vbi vita mediam ad noctem vsque producta mortuus est: Persarum imperio propemodum

Ἐπεὶ δὲ εἰς χεῖρας ἅπαντες ἦλθον ἀλλήλοις, ἐπιὼν τοὺς ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς, ἀναμεμιγμένος δὲ τῷ πλήθει, πλήττεται [5] ξίφει παρ᾽ αὐτὴν τῆς μάχης τὴν ἀκμήν· καὶ ἐπιτεθεὶς ἀσπίδι, φοράδην ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἄγεται, μέχρι τε νυκτὸς μέσης ἀρκέσας, ἀπέθανεν, οὐ πόῤῥω τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν ἀπωλείας καταστήσας ἐσχάτης. Ἔτι δὲ τῆς

5. ξίφει. Telum, quo Iulianus letale vulnus accepit, Libanius, Sozomenus, Cedrenus *δόρυ ἱππέως*; Socrates *ἀκόντιον*; Zonaras *αἰχμὴν*, Ammianus *equestrem hastam*, Sextus Rufus & Victoris Epitoma *contum* appellant. Maior discrepantia de eo, qui telum impegerit, Persane, an Romanus. Impudens plane Libanius est, qui Christianorum insidiis hanc cædem tribuit, vtpote a Iuliano male habitorum. (*Vid. Sozom. 6. 1.*) Sed Eutropius, qui huic expeditioni interfuit; & Sex. Rufus, & Victoris Epitome ab *hostium equite*, & quidem fugiente, conto percussum memorant. Modestum quoque Zosimi de auctore silentium, non æquissimi cetera caussæ Christianæ iudicis, satis absoluit Christianos.

τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως οὔσης ἀδήλου, τῶν Ῥωμαίων ὁ στρατὸς ἐπὶ τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πεντήκοντα μὲν τῶν ἐν μεγίστῃ δυνάμει σατράπας πεσεῖν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἄπειρον πλῆθος. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ βασιλέως [3] καταφανὴς ἐγένετο τελευτὴ, καὶ ἀνέστρεψαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἔνθα νεκρὸς ἔκειτο, ἔτι μὲν ἔνιοι Ῥωμαίων ἐμάχοντο, καὶ τῶν πολεμίων ἐκράτουν. λόχοι δέ τινες ἀπὸ Φρου- [4] ρίου Περσικοῦ, τοῖς ὑπὸ Ὁρμίσδην τεταγμένοις ἐπιθέμενοι, κατέστησαν εἰς χεῖρας. μάχης δὲ καρ- [5] τερᾶς γενομένης, ἔπεσεν [6] Ἀντώνιος, ὁ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἡγούμενος τάξεων, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι μάγιστρον· καὶ Σαλούστιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἐκπεσὼν τοῦ ἵππου, μικροῦ κατεσφάγη, τῶν πολεμίων ἐπι-

ab eo iam ad extremum exitium redacto. Interea vero, dum principis obitus ignoraretur, vsque adeo exercitus Romanus superior hostibus exstitit, vt quinquaginta maximæ potestatis satrapæ, cum infinita multitudine, caderent. At vbi mors imperatoris innotuit, iamque milites reuersi essent ad tentorium, in quo cadauer iacebat; pugnabant adhuc quidem nonnulli Romani, atque hostem superabant: sed cohortes quædam e castello Persico, parentes Hormisdæ imperio milites adortæ, manum cum eis conserebant. Acri occepto prœlio, Antonius cecidit, ordinum palatinorũ dux; quem Romani magistrum officiorum vocant. Et Salustius, præfectus prætorii, quum ex equo decidisset, imminentibus hostibus, fere fuisset trucida-

6. In Zosimo perperam Antonius scribitur pro Anatolio. *Lindebrog.*

Τῶν δὲ κατὰ τὴν Θεοδοσίου βασιλείαν οὕτω διεφθαρμένων, καὶ σπουδῆς μὲν οὐδενὸς εἰς ἀρετὴν φέροντος ἐπαινουμένου, παντὸς δὲ τρυφῆς 26 καὶ ἀκολασίας εἴδους κατὰ πῆχυν (τὸ λεγόμενον) ἐφ' ἑκάστης ἐπιδιδόντος, οἱ τὴν ἐν Συρίᾳ μεγάλην Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες, οὐ φέροντες τὴν ἐπὶ τοῖς δημοσίοις φόροις ὁσημέραι παρὰ τῶν πρακτόρων ἐπινοουμένην προσθήκην, εἰς στάσιν ἀνέστησαν, καὶ τὰς ἀνδριάντας αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς κατὰ συνοικήσεως αἰσχρῶς καθελόντες, φωνὰς ἀφῆκαν, τῶν μὲν πραττομένων οὐκ ἀναξίας, οὐκ ἔξω μέντοι

26. τρυφῆς καὶ ἀκολασίας] Supra contra indignam Zosimi, pagani hominis, censuram Christianum imperatorem defendimus, quem ceteri scriptores plerique bonum principem laudant: nec soli Christiani, sed ipsi quoque gentiles, Themistius Orat. V. Symmachus lib. 2. Epist. 13. inprimis Victor in Epitoma, qui *desecendi continentia valetudinem rexisse* Theodosium tradit. Vid. *Baronius ad Annum* 395. Zosimo in hac re similis est Philostorgius, Eunomianus homo, lib. 11. c. 2. pariter ἀνειμένον βίον καὶ τρυφῆς ἀμέλειαν Theodosio obiiciens: sed ob id reprehenditur a Photio, cui Excerpta Philostorgiana debemus.

τοι ςωμυλίας, ἐ τῆς συνήθους αὐτοῖς ἀςἑιότητος. ἐπεὶ δ᾽ τοῖς παρ᾽ αὐτῶν 2 κεχειρισμένοις ὁ βασιλεὺς κινηθεὶς, ἠπείλει τοῖς πλαίσασι δίκην ἀξίαν ἐπιθεῖναι, δέει τῆς βασιλέως ὀργῆς, ἔδοξε τῇ βουλῇ πρέσβεις ἐκπέμπειν, ὑπὲρ ὧν ὁ δῆμος ἔπραξεν ἀπολογησομένους. αἱροῦνται τοίνυν [27] Λιβάνιόν τε τὸν σοφιςὴν, οὗ τὸ κλέος ἐκ τῶν καταλελειμμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ κηρύττεται λόγων· ἐ Ἱλάριον, γένους τε λαμπρότητι καὶ παντὶ παιδείας εἴδει προέχοντα. καὶ ὁ μὲν 4 σοφιςὴς τὸν περὶ τῆς ςάσεως αὐτῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ λόγον εἰπὼν, ἴσχυσε τὸν βασιλέα μεταςῆσαι τῆς κατὰ Ἀντιοχέων ὀργῆς· ὥςτε ἀμέ-

dem iis indignas quæ gerebantur; sed cum dicacitate tamen, & ipsis familiari vrbanitate coniunctas. Quumque princeps ob ea commotus, quæ ab ipsis designata fuerant, merito supplicio se delictum hoc puniturum minaretur: metu iræ principis visum est ordini decurionum legatos mittere, qui a plebe commissa purgarent. Itaque Libanium professorem, cuius famam libri ab eo relicti prædicant; Et Hilarium, splendore familiæ, atque omni eruditionis genere præstantem, deligunt. Ac professor ille quidem oratione coram Imperatore ac senatu de seditione pronunciata, tantum efficere potuit; vt a concepta aduersus Antiochenos ira

27. Hoc *mendacium* vocat Baronius ad Ann. 388. contendítque Libanium pridem mortuum fuisse, vel sub Valente, vel sub initium imperii Theodosiani. Et vixit ille Suidæ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ πρεσβύτου. At Cedrenus f. 269. anno Arcadii VI. Libanium adhuc superstitem videtur dixisse.

ita principem reuocaret: obiterque factum est, vt ei princeps alteram quoque de reconciliatione orationem iniungeret; inimicitiis aduersus vrbem prorsus depositis. Hilarius autem, eximiæ virtutis caussa laudatus, ab Imperatore toti Palæstinæ cum imperio præfectus fuit.

λέγει τούτω καὶ [18] τὸν περὶ τῶν διαλλαγῶν ἐπιθεῖναι, τελέως τοῦ βασιλέως τὸ πρὸς τὴν πόλιν ἔχθος ἀποθεμένου. 5 Ἱλάριος δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ἐπαίνων ἀξιωθεὶς, ἀρχὴν παρὰ βασιλέως ἐπέτρεπτο Παλαιστίνης ἁπάσης.

XLII. Quum res orientis, & Thraciæ, & Illyrici, hoc essent in statu; Maximus, qui non ex dignitate res sibi succedere putabat; si solis imperaret iis nationibus, quæ Gratiano prius paruerant: de Valentiniano regno deiiciendo cogitabat; toto quidem illo, si posset; sin ea spe frustra-

Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑώαν, καὶ Θρᾴκην καὶ [29] Ἰλλυριῶν, ὄντων ἐν τούτοις, Μάξιμος, οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν οἰόμενος αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεσθαι, μόνων ἄρχοντι τῶν ὑπὸ Γρατιανῷ πρότερον τεταγμένων ἐθνῶν, διενοεῖτο παραλῦσαι τὸν νέον Βαλεντινιανὸν τῆς βασιλείας, εἰ μὲν δυνατὸν, πάσης· εἰ δὲ [30] τούτου διαμάρτοι, μέρος;

28. cum Articulo τὸν, subaudiendum e præcedente commate λόγον. *Sylb.*

29. cum Ἰλλυριῶν subintelligendum χώρας: aut scribendum Ἰλλυρίας. *Idem.*

30. τούτου διαμάρτοι, si auctoris est scriptura, ellipsin habet Præpositionis περί. alioqui vsitatius est τούτου διαμάρτοι. *Idem.*

ρος γοῦν αὐτῆς, ὅσον ἂν οἷός τε γένοιτο, οἰκειώσασθαι. ταύτῃ κεκρατημένος τῇ γνώμῃ, διαβῆναι τὰς Ἄλπεις καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν χωρῆσαι παρεσκευάζετο. θεωρῶν δὲ τὰς 3 διὰ στενῆς ὁδοῦ καὶ τραχυτάτων καὶ ἀβάτων ὀρῶν, ἀνάγκην ποιήσασθαι τὴν ὁδοιπορίαν, διαδέχεσθαι δὲ ταῦτα, τέλματα καὶ ἕλη, ὁδοιπόροις σχολαίτερον διιοῦσιν, οὐχ ὅτι στρατιᾷ τοσαύτῃ, δίοδον ἐνδιδόντα, τὸ πλέον εἰς ἀμείνονα βουλὴν ἀνετίθετο. τοῦ [31] [δὲ] Βαλεντινιανοῦ πρεσβείας ἐκ τῆς Ἀκυληΐας χρωμένου, καὶ περὶ βεβαιοτέρας εἰρήνης ἀσφάλειαν αὐτοῦ δεηθέντος παρακαλοῦντος, ἐπένευε ταῖς αἰτήσεσι Μάξιμος [32] δεῖξαι τοῦτο καὶ αὐτὸς ὅτι μάλιστα [33] ποιούμενος. πέμπει 5

retur, de parte illius aliqua saltim adquirenda, quantam sane occupare posset. Hac opinione victus, ad transeundas Alpes, & adeundam Italiam se parat. Quum autem videret, per viam angustam, & asperrimos inviosque montes, iter necessario faciundum esse; quos deinde lacus & paludes excipiunt, per quas dumtaxat viatoribus otiose tardeque transeuntibus, non tantis copiis, exitus patet: quid agendum esset, ad consilium melius differebat. Quum autem Valentinianus legatos Aquileia mitteret, deque pace firmiore sibi caveri peteret; postulatis adsentitur Maximus; eam rem se quoque lubentissime accipere simulans. Itaque

Do-

31. Inclusa abest a L. & P. cod. *Sylb.*

32. Pro δεῖξαι Leoncl. legit δέξασθαι. *Idem.*

33. ποιούμενος vsurpatum pro compos. προσποιούμενος, vt alibi. *Idem.*

Domninum Valentinianus hanc ob caussam ablegat, natione Syrum, & notæ melioris familiarem. Quippe maxima secundum ipsum potestate præditus, fide pariter & vsu rerum præstare ceteris videbatur; & quidquid alioqui princeps alio nemine conscio facere volebat, huic in primis credendum statuerat. Itaque quum venisset ad Maximum Domninus, capitibus legationis omnibus expositis, omni cum obseruantia comitateque exceptus est. Nam & dignabatur eum honore Maximus eximio, & tanta munerum mole satiabat, vt Imperatorem Valentinianũ nullum huic parem amicum habiturum Domninus existimaret. Ac poterat vsque adeo Domninum decipere Maximus,

ὢν Δομνῖνον ἐπὶ τούτῳ Οὐαλεντινιανὸς, Σύρον μὲν ὄντα τὸ γένος, ἐκ δὲ τῆς βελτίονος αὐτῷ γνώριμον ὄντα. παραδυναστεύων γὰρ αὐτῷ, πίστει καὶ πραγμάτων ἐμπειρίᾳ περιέχειν τῶν ἄλλων ἐδόκει· καὶ ἄλλως ὅσα ὁ βασιλεὺς οὐδενὸς εἰδότος ἄλλου πράττειν ἐβούλετο, τούτῳ κατεξαίρετον ἐγχειρεῖν ἐθάρρει. 6 ἐλθὼν οὖν ὡς τὸν Μάξιμον ὁ Δομνῖνος, καὶ ὅσα τῆς πρεσβείας ἦν ἀπαγγείλας, ἠξιοῦτο θεραπείας καὶ φιλοφροσύνης παντοίας. τιμῆς τε γὰρ αὐτὸν ὁ Μάξιμος ὑπερβαλλούσης ἠξίου, καὶ ὄγκῳ δωρεῶν ἐπλήρου [34] τοσοῦτον, ὥστε Δομνῖνον μηδένα τοιοῦτον ἔσεσθαι τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ φίλον ὑπονοῆσαι. 7 τοσοῦτον δὲ ἴσχυεν ὁ Μάξιμος τὸν Δομνῖνον παρα-

ya-

34. τοσοῦτον Aduerbialiter accipi potest pro *tantopere*. Fortasse tamen auctor scripsit potius τοσούτου, vel τοσούτων, Adiectiuo ad præcedentium Substantiuorum alterum accommodato. *Sylb.*

γαγῶν, ὥστε καὶ μέρος τῆς οἰκείας στρατιᾶς συμπαραπέμψαι, ποιοῖσαν εἰς ἐπικουρίαν τοῦ βασιλέως κατὰ τῶν ἐπικειμένων τοῖς κατ' αὐτὸν Παίοσι βαρβάρων. ἐπὶ τούτοις ἀναχωρήσαντος τοῦ Δομνίνου, καὶ ὡραϊζομένου τοῦ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν δωρεῶν καὶ τῇ τῶν δεδομένων αὐτῷ συμμάχων δορυφορίᾳ, τὴν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων φέρουσαν ἐπὶ τὴν ἰδίαν ὁδὸν, ἔλαθε τῷ Μαξίμῳ ῥάονα καταστήσας. ὅπερ ὁ Μάξιμος προειδόμενος, καὶ ἐπὶ τούτῳ πάντα κατασκευάσας, ἐπηκολούθησε πανστρατιᾷ, μεθ' ἡσυχίας προπέμψας κατὰ τὴν ὁδὸν φύλακας οἳ πάσαν ἐποιοῦντο φροντίδα τοῦ μηδένα παραδραμόντα τὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν Μαξίμου διάβασιν τοῖς ἀμφὶ Δομνῖνον ἀγγεῖλαι. καὶ ἦν ἡ τοιαύτη φυλακὴ λίαν εὐκολος. οὐδὲ γὰρ ἦν οἷόν τε λαθεῖν τοὺς διὰ τοῦ στενωτάτου τῶν Ἄλπεων ἰόντας. ὅτε τοίνυν ἔγνω τοὺς

vt etiam partem exercitus sui cum eo mitteret, quæ Imperatori contra barbaros, subiectis ipsi Pannoniis imminentes, esset auxilio. Posteaquam hæc consequutus Domninus abiisset, ac sibi placeret ob copiam magnitudinemque munerum, quæ acceperat, & concessorum sibi sociorum satellitium: viam ab Alpibus domum ducentem imprudens Maximo faciliorem reddidit. Quod Maximus futurum prospiciens, eaque de caussa cunctis adparatis rebus, vniuersis cum copiis subsecutus est, tacite præmissis in itinere custodibus, qui omnem curam adhibebant, ne cursu quis prætergressus, Maximi transitum in Italiam Domnini comitibus nunciaret. Ac huiusmodi sane custodia per erat facilis. Nec enim latere poterant,

qui

qui parte Alpium artissima proficiscebantur. Quum igitur intelligeret Domninum cum suis Alpes, quæ sunt angustissimæ, inuiasque montes penetrasse, cum iis præterea locis, quæ trans Alpes erant palustria, militumque copiis difficultatem obiiciebant; nec hostile se vllum agmen aduersum, impeditis in locis, inuenturum speraret: omni cum celeritate Italiam, nemine præpediente, ingressus, Aquileiam copias ducit.

ἀμφὶ τὸν Δομνῖνον τὰ στενώτατα τῶν Ἄλπεων καὶ τὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα διελθόντας ἤδη, ἐπεὶ περὶ τὰ μετὰ τὰς Ἄλπεις, ὅσον ἦν ἑλώδη καὶ δυσχέρειαν ἐμποιοῦντα στρατοπέδῳ, πολέμιον στῖφος ἀνταγωνισόμενον ἐν δυσχωρίαις 35 οὐχ εὑρήσειν ἐλπίζων τις, τότε δὴ σὺν παντὶ τάχει τὴν Ἰταλίαν, οὐδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, καταλαβὼν, τῇ Ἀκυληίᾳ προσάγει.

XLIII Valentiniano tam repentino casu extra spem omnem constituto, formidare cœperunt ipsius familiares, ne Maximus eum viuum in potestatem redactum occideret. Qua-

Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τοῦ αἰφνιδίως παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα 36 καταστάντος, δέος εἶχε τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, μὴ περὶ ζωγρίαν ἑλὼν ὁ Μάξιμος διαχειρήσηται. τότε δὴ ναῦς ἐπιβὰς, ἐπὶ τὴν Θεσσα-

35. L. & P. non habent negatiuum οὐχ: & mox coniunctè scribunt ἐλπίζοντι. Participio isto non ad ducem, sed ad exercitum relato; vt sit, *exercitui qui metueret, ne quod hostile agmen in locorum difficultatibus sibi obstiturum inueniret*, Sylb.

36. καταστάντος ferri potest, si παρὰ cum interprete pro ἐκτὸς capiatur: vt sit, *extra omnem spem constituto*. alioqui legendum foret καταπλαγέντος. *Idem*.

Θεσσαλονίκην ἀπῄρε. συναπέπλει δὲ αὐτῷ, καὶ ἡ μήτηρ Ἰουστῖνα, Μαγνεντίῳ μὲν (ὡς εἴρηταί μοι πρότερον) συνοικήσασα, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου καθαίρεσιν, Οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ διὰ κάλλους ὑπερβολὴν συναφθεῖσα, καὶ τὴν θυγατέρα [37] Γάλλαν ἐπαγομένη. 3 Διαπλεύσαντες δὲ τὰ τοσαῦτα πελάγη, καὶ τῇ Θεσσαλονίκῃ προσορμισθέντες, πρεσβείᾳ πρὸς Θεοδόσιον ἐχρῶντο τὸν βασιλέα, νῦν γοῦν αὐτὸν τῇ κατὰ παντὸς τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ γένους ἀσελγείᾳ τιμωρῆσαι παρακαλοῦντες. 4 ὁ δὲ, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἐκπλαγεὶς, λήθην μέν τινα τῆς ἄγαν ἐποιεῖτο τρυφῆς, καὶ τῇ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐνεδίδου μανίᾳ. 5 Βουλῆς δὲ προτεθείσης, ἐδόκει τὴν Θεσσαλονίκην αὐτὸν ἅμα τισὶ τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας

propter nauem ingressus, Thessalonicam abiit, socia nauigationis Iustina matre; quæ Magnentium prius maritum habuerat, vt ante diximus; & illo sublato, propter eximiam formæ venustatem, Valentiniano principi iuncta matrimonio fuerat. Hæc Gallam quoque secum adducebat. Quum tot emensi maria, Thessalonicam adpulissent; legatione ad Imperatorem Theodosium missa, rogant; vt saltim nunc insolentiam, aduersus omnem Valentiniani familiam exercitam, vindicaret. Theodosius, ad ipsam rei famam obstupefactus, luxus illius nimii nonnihil obliuiscitur, & paullum de insano voluptatum studio remittit. Habito deinde consilio visum, vt ipse cum nonnullis e senatu Thessalo-

37. L. & P. θυγάλλαν, vltima præcedentis vocis sy perperam repetita. Γάλλαν enim scribendum esse, satis declarant sequentia. *Idem.*

salonicam se conferret. Hoc vbi factum fuit, de integro consultatur, quid agendum esset: communique decreto placuit, vt a Maximo patrata facinora punirentur. Non enim illi homini vitam amplius concedendam, qui & Gratianum occidisset, eiusque regnum vsurpasset; & hunc successum adeptus, via quasi quadam progressus fuisset, ac fratrem illius relicto sibi principatu exuisset.

καταλαβεῖν. οὗ δὴ γενομένου, τελεία περὶ τοῦ πράγματος προστίθεται γνώμη, καὶ κοινῷ δόγματι συνεδόκει τοῖς Μαξίμῳ πεπλημμελημένοις ἐπεξελθεῖν. 6 μὴ γὰρ εἶναι βιωτὸν ἀνθρώπῳ, Γρατιανὸν μὲν ἀνελόντι, καὶ τὴν βασιλείαν οἰκειωσαμένῳ τοῦ τούτου· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο προεχώρησεν, ὁδῷ προελθόντι, καὶ τῆς λελειμμένης ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου παρελομένῳ.

XLIV Offensus his Theodosius, ob insitam a natura molliciem, & hactenus actæ vitæ socordiam, ad bellum hoc segniorem se præbet; adferens in medium ea mala, quæ de bellis ciuilibus proueniunt; simulque ostendens, necessario rempublicam in his vtrinque letales plagas accipere. Quapropter aiebat, prius legatos esse mittendos. ac si qui-

Τούτοις δυσαρεστήσας ὁ Θεοδόσιος, διά τε τὴν ἔμφυτον μαλακίαν, καὶ τὴν τῆς προλαβούσης διαίτης ἐκμέλειαν, ὀκνεῖ πρὸς τὸν πόλεμον, τὰ ἐκ τῶν ἐμφυλίων κακὰ φέρων εἰς μέσον, καὶ ὡς ἀνάγκη πᾶσι τὰ κοινὰ πλήττεσθαι καιρίαις πληγαῖς ἀμφοτέρωθεν. 2 ὅθεν ἔφασκε δεῖν πρότερον διακηρυκεύεσθαι· καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο

Βαλεντινιανῷ Μάξιμος ἀποδοῦναι τὴν βασιλείαν, καὶ ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα, τὴν ἀρχὴν εἰς ἅπαντας [38] διῃρῆσθαι· πλεονεξίᾳ δὲ κρατούμενον, δόλον, καταπολεμῆσθαι ἀπροφάσιστως. τούτοις ἀντιφθέγγεσθαι μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας ἐθάρρει, δοκοῦσί πως κοινῇ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελεῖν. 3 Ἰουστῖνα δὲ, 4 οὔτε πραγμάτων ἄπειρος οὖσα, οὔτε πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ἄπορος, ἐπισταμένη τὸ Θεοδοσίου περὶ τὰς ἐρωτικὰς ἐπιθυμίας ἐπιρρεπὲς, ἐφίστησί τε τὴν θυγατέρα Γάλλαν, ἐξαισίως διαπρέπουσαν κάλλει· καὶ τῶν γονάτων ἐπιλαβομένη τοῦ βασιλέως, ἱκετεύει, μήτε τὸν Γρατιανοῦ τοῦ δεδωκότος οἱ τὴν βασιλείαν θάνατον περιιδεῖν ἀτιμώρητον, μήτε σφᾶς εἰκῇ κειμένους ἐᾶσαι, πάσης

dem Valentiniano Maximus imperium restituere mallet, & quietem amplecti; secundum formam pristinam in omnes imperium diuidendum esse: sin ab auaritia vinci se pateretur, citra tergiuersationem vllam bello persequendum. Aduersus hæc nemo quidem e senatu proferre quidquam audebat, quod alio modo reipublicæ conducibilia viderentur: Iustina vero, nec rerum vsu destituta, nec inops consilii ad inueniendum id quod expediret, quum Theodosii pronum ad amores animum nosset, Gallam, filiam suam, eximia forma præstantem, coram eo statuit; & genua principis amplexa, suppliciter obsecrat: ne Gratiani, qui largitus ei fuisset imperium, cædem inultam relinqueret; neue se neglectos iacere

38. διαιρεῖσθαι quoque cum Leuncl. legi potest; & paullo post καταπολεμῆσαι, pro καταπολεμῆσθαι. Sylb.

cere sineret, omni spe destitutos. Quæ proferens, puellam illacrumantem, & fortunam suam deplorantem, ei commonstrat. His Theodosius auditis simulque puellæ pulcritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum ex puellæ forma vulnus satis ille quidem prodebat; sed differebat tamen id, quod esset agendum: significans eis, vti spes bonas animis conciperent. Quum autem puellæ desiderio magis in dies vreretur, conuenta Iustina, filiam eius in matrimonium sibi dari petit. Nam Placilla, quæ cum eo prius fuerat nupta, diem suum obierat. Ea vero se non aliter ait hanc ei daturam, nisi bello contra Maximum suscepto, Gratiani cædem vltus esset, & Valentiniano patritum Imperium restituisset. His ille conditionibus & impetrat

ἐκπεπτωκότας ἐλπίδος. 5 Καὶ ταῦτα λέγουσα, τὴν κόρην ὀδυρομένην ἐδείκνυ, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀπο- 6 κλαίουσαν τύχην. τούτων ἀκούσας ὁ Θεοδόσιος, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τοῦ τῆς κόρης κάλλους ἁλοὺς, παρέφαινε μὲν καὶ τῷ βλέμματι τὴν ἐπὶ τοῦ κάλλους τῆς κόρης πληγὴν, ἀνεβάλλετο δὲ τὸ πρακτέον, χρηστὰς ἔχειν αὐτὰς ὑπο- 7 φαίνων ἐλπίδας. ὡς δὲ πλέον ἐπετείνετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ἰουστῖναν μετελθὼν, ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, οἷα Πλακίλλης, τῆς πρότερον αὐτῷ γημαμένης, ἀπαλλαγείσης. 8 οὐκ ἄλλως δὲ ἔφασκε δώσειν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Μαξίμου [39] ἀράμενος, τῇ τε Γρατιανοῦ τιμωρήσειεν ἀναιρέσει, καὶ Οὐαλεντινιανῷ πάλιν ἀποδοίη τὴν τοῦ πα- 9 τρὸς βασιλείαν. ἐπὶ τού-

τοις

39. post τὸν κατὰ Μαξίμου deest πόλεμον, aut simile quodpiam nomen. *Sylb.*

τοῖς ἔτυχέ τι [40] τοῦ γάμου, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου παρασκευαῖς ὅλον ἑαυτὸν ἐνεδίδου· καὶ συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς γυναικός, τό τε στρατιωτικὸν ἐφιλοφρονεῖτο σιτήσεων ἐπιδόσεσι, καὶ τὴν ἄλλην ἐκμέλειαν ὑπὸ τῆς χρείας ἀναγκαζόμενος ἐπηνώρθου, διαθεῖναί τε καὶ μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν αὐτοῦ, δεησόμενα προνοίας, ἐγνώκει.

nuptias, & adparando bello totus incumbit. Quin & impulsus a muliere, militum animos auctis annonarum stipendiis demulcet, & reliquam segnitiem, sic vsu exigente, corrigit; vt etiam ea sibi disponenda, statueret, quæ post abitum ipsius, aliquam flagitatura prouidentiam essent.

Διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Κυνήγιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἔτυχε [41] τεθνεώς,

Ob eam caussam, XLV. mortuo in itinere Cynegio præfecto prætorii, quum ex Ægypto reuerteretur; quem-

40. Fœdus nuptiarum anno superiore factum, tradit Marcellinus in Chronico. *Baronius ad Ann. 387.*

41. Atqui exstant ad Cynegium Pr. Pr. lex 23. C. Th. *de suscept. præpos. & arcariis*, Coss. Timasio & Promoto, IV Kal. Decembris: & lex 5. C. Th. *tributa in ipsis speciebus inferenda esse*, XV Kal. Ian., iisdem Coss. Vnde quia ad Tatianum iisdem Coss. lex 17. C. Th. *de heret.* III. Non. MaI: lex 9. *de falsa moneta*, V. Kal. Iulii: lex 5. *de quæstion.* VIII. Id. Sept, & l. 120. *de decurionib.* XVI. Kal. Ian. datæ sunt; etiamnum viuo Cynegio lectum fuisse Pr. Pr. Tatianum colligitur. Quid? quod anno præcedente Theodosio II. & Cynegio Coss. ad eumdem sit l. 2. C. Th. *de fabricensibus*, XV Kal. Nou. & Coss. Honorio NB. P. & Euodio, anno 386. l. 16. C. Th. *de accus. & inscript.* Reines.

quemnam præfectum prætorii constitueret, dispiciebat. Quumque multos multoties considerasset, tandem virum ad hoc idoneum [2] reperit. Arcessitum igitur Aquileia Tatianum, qui & alios sub Valente magistratus gesserat, & erat in omnibus virtute singulari præditus, prætorii præfectum in patria declarat; & missis ad eum magistratus insignibus, filio ipsius Proculo præturam vrbanam tradit. [3] Enimuero præclare se heic gessit, amplissimis magistratibus eiusmodi viris commissis, qui etiam post abitum principis optime res subditorum administrare possent. Militum vero copiis equestribus Promotum, pedestribus Timasium præficit. [4] Quum autem nihil ad

ὅντινα δέοι προστήσασθαι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, ἀνεζήτει· καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνασκοπήσας, εὗρε τὸν πλούταιον ἄνδρα πρὸς τοῦτο ἁρμόδιον. μετακαλέσας τοίνυν ἐκ τῆς Ἀκυληΐας Τατιανὸν, ἤδη μὲν ἄλλας [42] ἐπὶ Οὐάλεντος ἐγκεχειρισμένον ἀρχάς, ἄνδρα δὲ ἐν πᾶσι σπουδαῖον, ἀναδείκνυσι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ἐν τῇ πατρίδι· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα πέμψας αὐτῷ, τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ Πρόκλον, τῆς πόλεως ὕπαρχον κατέστησεν. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εὖ διεγένετο, τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἀνδράσι τοιούτοις ἐκδεδωκὼς, οἳ καὶ μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν, τὰ τῶν ὑπηκόων ἄριστα δυνήσονται διαθεῖναι. τοῖς δὲ στρατιώταις, ἱππεῦσι μὲν, Πρόμωτον, πεζοῖς δὲ, Τιμάσιον ἐπέστησεν. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἔξοδον οὐδὲν ἐλλείπειν ἐδόκει,

42. nempe Comes S. L. fuerat anno 374. COSS. Gratiano III. & Equitio, quando data est ad eum lex 1. C. Theod. *de fabricens.* & l. 8. *de falsa mon.* Reinesius.

δόξῃ, λόγος ἐνέπεσε ταῖς βασιλέως ἀκοαῖς, ὡς οἱ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς τέλεσιν ἀναμεμιγμένοι βάρβαροι, δωρεῶν ὑποσχέσει μεγάλων, παρὰ Μαξίμου περὶ προδοσίας ἐδέξαντο λόγους· αἰσθόμενοι δὲ ὡς περίπυστον γέγονε, περὶ τὰ τέλματα καὶ τὰς ἐν Μακεδονίᾳ λίμνας συνέφυγον, τοῖς αὐτόθι δάσεσιν ἑαυτοὺς ἀποκρύπτοντες. ἐν οἷς διωκόμενοι καὶ διὰ πάσης ἀναζητούμενοι μηχανῆς, κατὰ τὸ πολὺ διεφθάρησαν μέρος· ὥστε τὸν βασιλέα τούτου τοῦ δέους ἀπαλλαγέντα, σπουδῇ πάσῃ καὶ πανστρατιᾷ κατὰ Μαξίμου χωρῆσαι. Ἰουστῖναν μὲν οὖν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ θυγατρὶ ναυσὶν ἐμβαλὼν, καὶ τοῖς ἀσφαλῶς παραπέμψουσι παραδοὺς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπεν· ἐπεπίστευκε γὰρ ὡς ἀσμενέστατα Ῥωμαῖοι δέξονται τούτους, ἀλλοτριούμενοι Μαξίμου ταῖς γνώμαις.

professionem amplius deesse videretur, ad aures Imperatoris rumor est adlatus; permistos Romanis legionibus barbaros, magnis muneribus promissis, a Maximo de proditione (5) sollicitatos. Animaduertentes autem illi, eius rei famam iam emanasse, versus paludes & lacus in Macedonia confugiunt, & in eorum locorum saltibus semet occultant: in quibus quum eos alii persequerentur, & quauis arte perquirerent, maiori ex parte perierunt: adeo quidem, vt Imperator hoc metu liberatus, omni studio, & o- (6) mnibus cum copiis contra Maximum pergeret. Iustinam quidem, cum filio & filia nauibus impositam, & tuto deducturis traditam, Romam ablegat: persuasus, Romanos lubentissimis animis hos excepturos, quorum a Maximo voluntates essent alienæ.

lienæ. Ipse cum exercitu per Superiorem Pannoniam, & Apenninos montes, Aquileiam contendere, & imparatum hostem adgredi cogitabat.

αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ στρατῷ διὰ Παιονίας τῆς ἄνω καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν αὐτὴν ἐλάσαι διενοεῖτο, καὶ ἐπελθεῖν ἀπαρασκεύῳ τῷ πολεμίῳ.

XLVI. Dum hóc Theodosius iter tenet, audiens Maximus, Valentiniani matrem cum liberis sinum Ionium transiecturam: collectis velocibus & expeditis nauigiis, ac iisdem Andragathio traditis, hominem ad illos velut indagine capiendos dimittit. Is in omnem partem nauigiis circumuectus, propositum tenere non potuit: quod illi iam ante fretum Ionium transmisissent. Inde satis magnis coactis copiis, omnia passim in iis locis circumnauigabat, quod Theodosium exercitu nauali bellum facturum existimaret. At Theodosius, his re-

Ταύτῃ τῇ πορείᾳ χρωμένου Θεοδοσίου, πυθόμενος Μάξιμος, ὡς ἡ Οὐαλεντινιανοῦ μήτηρ ἅμα τοῖς παισὶν διαβαίνειν μέλλοι τὸν Ἰόνιον κόλπον ταχυναυτοῦντα πλοῖα συναγαγὼν, καὶ Ἀνδραγαθίῳ παραδοὺς, ἐπὶ τὴν τούτων ἔστελλε θήραν. [2] Ὃ δὲ, περιπλεύσας απανταχοῦ, καὶ τῆς πείρας διαμαρτὼν, (ἔφθησαν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Ἰόνιον περαιωθῆναι πορθμὸν) δύναμιν ἀρκοῦσαν συναγαγὼν, πάντα περιέπλει τὰ ἐκεῖσε, ναυτικῇ δυνάμει Θεοδόσιον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. [3] Ὄντος δὲ ἐν τούτοις Ανδραγαθίου, διελθὼν Παιονίαν καὶ τὰς ἐν τοῖς Απεννίνοις ὄρεσι πύλας ὁ Θεοδόσιος, ἀπροσδοκήτοις ἅμα

ἅμα ϗ ἀφυλάκτοις τοῖς ἀμφὶ τὸν Μάξιμον ἐπιτίθεται. μέρους δὲ τινὸς 4 τοῦ στρατοπέδου σὺν ὀξυτάτῃ ῥύμῃ τοῖς τῆς Ἀκυληίας τείχεσι προσπεσόντος καὶ βιασαμένου τὴν διὰ τῶν πυλῶν εἴσοδον, (ἀντιστῆναι γὰρ αὐτοῖς οὐχ οἷοί τε γεγόνασιν οἱ φυλάττοντες, ὄντες ὀλίγοι) Μάξιμος μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου καθήγετο θρόνου,[43] χρήματα διανέμων τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις δεξάμενος· γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος, Θεοδοσίῳ προσήγετο. ὁ δὲ, βραχέα τῶν 5 κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῷ πεπλημμελημένων ἐν ὀνείδους μέρει διεξελθὼν, τῷ δημίῳ παρέδωκε, τὴν ὀφειλομένην ἐκτίσοντα δίκην. Μαξίμῳ μὲν οὖν 6 τοῦτο τοῦ βίου καὶ τῆς τυραννίδος ἐγένετο τέλος, ἅμα τῷ κατὰ Οὐαλεντινιανοῦ περιεργήματι, πα-

bus intento Andragathio, per Pannoniam, 4 portasque montium Apenninorum progressus, nec opinantes ac incautos Maximianos adoritur. Quumque pars quædam exercitus impetu celerrimo ad Aquileiæ muros accessisset, aditumque vi sibi per portas aperuisset: (quippe non poterant eis custodes, perquam pauci numero, resistere) Maximus imperatorio solio deturbatur, quum pecuniam in milites suos partiri cœpisset. Habitu imperatorio exutus, ad Theodosium deducitur. 5 Is paucis, quæcumque in rempublicam deliquisset, velut exprobrationis loco recensitis; hominem carnifici tradit, meritam pœnam luiturum. 6 Hunc Maximus vitæ pariter ac tyrannidis exitum habuit; qui astu superato Valentiniano,

 ci-

43. post θρόνου in L. & P. cod. legitur οὗ: nihil huc faciens. *Sylb.*

citra laborem omni se potiturum imperio Romano somniauerat.

σιαν ἔξειν ἀκονιτὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὀνειροπολήσαντα.

XLVII. QVia vero Theodosius Imperator audierat, Maximum transeuntem Alpes, filium Victorem, dignitate Cæsaris ornatum, apud Transalpinas gentes reliquisse; confestim Arbogastem magistrum militum mittit, qui & imperio deiecit adolescentulum, & interfecit. His Andragathio nūciatis, qui nauibus fretum Ionium scrutabatur; quod infinita se perpessurum mala sciret, non exspectato hostium aduentu, ipse sibi supplicium intulit, præcipitato in mare corpore; cui se credere, quam inimicissimis, mallet. Theodosius autem vniuersum

Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἀκηκοὼς ὅτι διαβαίνων τὰς Ἄλπεις ὁ Μάξιμος, Βίκτωρα τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν αὐτόθι τῇ τοῦ καίσαρος ἀξίᾳ τετιμημένον, Ἀρβογάστην ἔστειλε παραχρῆμα τὸν στρατηγόν· ὃς παραλύσει τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπέκτει-2.νε τὸ μειράκιον. Τούτων ἀπαγγελθέντων Ἀνδραγαθίῳ τὰ περὶ τὸν Ἰόνιον διερευνωμένῳ πορθμὸν, ὅτι μυρίοις περιπεσεῖται κακοῖς ἐπιστάμενος, οὐκ ἀναμείνας τοὺς ἐπιθησομένους, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπέθηκεν, καθεὶς [44] εἰς τὴν θάλασσαν τὸ σῶμα, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐκδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν, ἢ τοῖς ἐχθίστοις ἑ-3.λόμενος. Τὴν μὲν οὖν βασιλείαν πᾶσαν Οὐαλεν-

44. Historia Miscella l. 13. cap. 1. *Andragathius comes, qui peremerat Gratianum, cognita Maximi nece, præcipitem e naui in vicino † flumio semet ipsum proiciens, suffocatus est.* † P. Diac. l. 2. *præcipitem sese e naui in vndas dedit, ac suffocatus est.*

λεντινιανῷ παρέδωκεν, ὅσlω ἔτυχεν ἔχων ὁ τούτου πατήρ· καὶ τοὺς περὶ τοὺς εὐεργέτας καθῆκον ἔδοξεν εἶναι. Τῶν δὲ ὑπὸ 4 Μαξίμῳ στρατευσαμένων, ὅσον ἦν ἀπόλεκτον, μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλαβὼν, ἀφῆκε μὲν ἐκεῖνον, τὰ περὶ τὴν Ιταλίαν, καὶ Κελτοὺς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικρατείας ἦν σῆς αὐτοῦ, διαθήσοντα. συνῆν δὲ καὶ 5 ἡ μήτηρ αὐτῷ, τὸ ἐλλεῖπον ἐν φρονήσει διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, καθ' ὅσον γυναικὶ δυνατὸν ἦν, ἐκπληροῦσα.

imperium Valentiniano tradidit, quantum quidem ipsius olim pater habuerat: quod sane visum est ex officio erga bene meritos fieri. Ex iis vero, qui Maximo militauerant, quidquid selectum erat, inter suos retulit; ac Valentiniano permisit, vt res Italicas, Celticas, & alias imperii sui, disponeret: cui quidem & mater aderat; quæ, quidquid ob ætatis imbecillitatem, filii prudentiæ deesset, quantum a muliere præstari poterat, supplebat.

Αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκlω ἐπανελθὼν, οὐ τὴν τυχοῦσαν εὗρεν ἐν τοῖς Μακεδόνων πράγμασι ταραχήν. Ὅ- 2 σοι γὰρ τῶν βαρβάρων ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς περὶ τὰς λίμνας ὕλαις ἑαυτοὺς ἀποκρύψαντες, ἐκ τῆς προτέρας τῶν Ρωμαίων ἐφόδου περιεσώθησαν, τῆς περὶ τὸν ἐμφύ-

XLVIII. Ipse Thessalonicam reuersus, non leuem in rebus Macedonum perturbationem reperit. Quotquot enim barbari intra paludes & vicinas stagnis siluas abditi, de priore Romanorum impressione salui euaserant; occupationem Theodosii principis in bello ciuili,

li, occasionis nacti loco, in Macedonum Thessalorumque fortunas, nemine resistente, grassabantur. Postea vero, quam fama victoriæ, reditusque principis, ad eos perlata fuisset: rursus in paludes semet abdebant; & hinc clanculum egressi, quum primum dies illuxisset, obuia quæuis agebant, ferebant; atque ita deinde ad loca consueta se recipiebant. adeo quidem, vt de cetero principis animum subiret cogitatio, spectra potius, quam homines, hos inuasores esse. Quapropter anceps animi, cum nemine re communicata, quam moliebatur; equitibus numero quinque secum sumtis, eorum quemque tres aut quatuor equos loro ducere iussit; vt vbi sessorem gestans equus defatigatus esset,

λιον πόλεμον ἀσχολίας Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως λαβόμενοι, τὰ Μακεδόνων καὶ Θεσσαλῶν ἐλήιζον, μηδενὸς αὐτοῖς ἐναντιωθέντος. 3 Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς νίκης αὐτοῖς καὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ βασιλέως ἠγγέλθη, τοῖς ἕλεσιν αὖθις ἑαυτοὺς ἐναπέκρυψαν· αὐτόθεν τε λαθραίως [45] ἐπανιστάμενοι, τὰ ἐν ποσί τε ἄγοντες καὶ φέροντες ἡμέρας ἐπιφαινομένης, ἐπὶ τοὺς συνήθεις τόπους ἐχώρουν. ὥστε δοκεῖν τῷ βασιλεῖ λογίζεσθαι, φάσματα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους εἶναι τοὺς ἐπι- 4 όντας. ἀπορῶν τοίνυν, ἐκοινώσατο μὲν οὐδενὶ τὸ πρακτέον· ἀναλαβὼν δὲ ἄχρι πέντε ἱππέων τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἑκάστῳ τρεῖς ἵππους ἢ τέσσαρας ἕλκειν ἀπὸ ῥυτῆρος εἰπὼν, ὥστε ἐπειδὰν ὁ τὸν ἱππέα φέρων ἵππος ἀπείποι τῷ

πο-

45. Malet fortasse aliquis ἀπανιστάμενοι. sed ἐπανιστάμενοι sincera est scriptura, id est, *insurgentes aduersus viatores*, seu adorientes, ἐπιθέμενοι. Sylb.

πόνῳ, μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν ἕτερον, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ πρὸς πᾶσαν ἀρκέσαι τοὺς ἵππους κακοπάθειαν ἧς κατὰ νοῦν ἔλαβεν ἐγχειρήσεως. 5 οὐδενὶ τῶν θεωμένων ὅτι βασιλεὺς εἴη διδοὺς ὑποπτεύειν, περιενόστει τοὺς ἀγρούς· καὶ εἴπου τροφῆς ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ αὐτῷ δεηθείη, παρὰ τῶν ἀγροίκων αἰτῶν, ἐνέτυχε καταλύματι βραχεῖ παρὰ γραὸς οἰκουμένῳ, καὶ στέγης αὐτῷ μεταδοθῆναι καὶ ποτοῦ παρεκάλει. 6 Τῆς δὲ γραὸς φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης, οἴνου τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἐτύγχανεν ἔχουσα μεταδούσης, ἐπειδὴ νὺξ ἐγένετο, αὐτόθι καθεύδειν ἐδεῖτο. 7 τῆς δὲ πρεσβύτιδος καὶ πρὸς τοῦτο ἐνδούσης, κείμενος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι μέρει τῆς καταλύσεως, ἄνθρωπον ἐθεάσατο, φθεγγόμενον μὲν οὐδὲ ἕν, ἐοικότα δὲ λανθάνειν ἐθέλοντι. 8 καὶ τοῦτο θαυμάσας, ὡς αὐτὸν ἐκά-

in alium ſe reciperet; eoque modo quemuis ad laborem perferendum in eo conatu, quem animo concepiſſet, equi ſufficerent. Nemini vero ſe adſpicienti quidquam ſuſpicionis præbens, quaſi eſſet Imperator, agros circumibat: & ſic vbi cibo cum ſuis indigeret, a ruſticis eum petebat. Tandem perexiguum ad diuerſorium venit, in quo degebat anus quædam; a qua tecto recipi, potumque ſibi præberi, poſtulat. Quum anus eum comiter ſuſcepiſſet, vinumque cum aliis, quæ forte tum habebat, impertiiſſet: quandoquidem nox adpetebat, ibidem vt dormiret, orat. Hoc etiam ab anu impetrato, princeps in parte diuerſorii quadam cubans, hominem conſpicit, qui nihil omnino loquebatur, & latitare volenti ſimilis erat. Quod admiratus, anum ad

ſe

se vocat, & ille quis esset, aut vnde, quærit. Ea respondere, se tum hoc, tum cuius rei caussa venisset, ignorare: verum hoc se scire fateri, ex quo tempore Theodosium Imperatorem cum exercitu reuersum esse, nunciatum fuerit; hunc hominem apud se diuertere, ac singulos in dies persoluto victus pretio, diem totum domo egressum, & quocumque lubitum sit, circumeuntem; aduentante nocte reuerti velut a labore, cibumque sumere, atque illum in modum cubare, veluti iam conspiceretur. His auditis Imperator, qui hæc anus indicia minime relinquenda coniiceret inexplorata; correptum hominem dicere iubet, quisnam esset. Illo nihil omnino proloqui auso, quæstiones flagris admotis instituebantur. Quum ne huic

λεῖ τὴν γραῦν, καὶ ἐπυνθάνετο τίς εἴη, καὶ πόθεν. 9 τῆς δὲ ἀγνοεῖν εἰπούσης, καὶ κατὰ ποίαν ἀφίκετο χρείαν· τοῦτο δὲ εἰδέναι φασκούσης, ὅτι γε ἐξ οὗ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐπανιέναι μετὰ τῆς στρατιᾶς ἠγγέλθη, καταλύσας παρ' αὐτῇ καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς τροφῆς τιμὴν[46] ἑκάστης ἡμέρας ἀποδιδοὺς, τὴν ἡμέραν ἅπασαν τῆς οἰκίας ἐξιὼν, ὅποι βούλοιτό τε περινοστῶν, νυκτὸς ἐπιγινομένης ἐπανιὼν, ὥσπερ ἐκ κόπου, τροφῆς τε μεταλαμβάνει, καὶ κεῖται 10 κατὰ τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα. ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, τεκμαιρόμενός τε ὡς οὐ παρεργητέον τοὺς τῆς πρεσβύτιδος λόγους ἀνεξετάστους καταλιπεῖν, συναρπάσας τὸν ἄνθρωπον, ὅστις εἴη λέγειν ἀπῄτει. 11 τοῦ δὲ οὐδὲν ἀνασχομένου παντάπασιν ἀποκρίνασθαι, βασάνοις διὰ μα-

46. pro ἑκάστης L. & P. habent ἐκστάσης: parum ad rem. Sylb.

μαστίγων ἐπήγοντο. τοῦ δὲ μηδὲ τῇ διὰ τούτων ἐνδόντος ἀνάγκῃ, ξίφεσιν ἀμύττειν αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῖς ἱππεῦσιν ἐνεκελεύετο, προσθεὶς ὅτι αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος εἴη. καὶ [47] [ὃς,] τῶν ἐν 12 τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων βαρβάρων εἶναι κατάσκοπος ἔλεγε, ἀπαγγέλλειν τε αὐτοῖς ὅποι εἴη καὶ ποίοις ἐπιέναι τόποις ἢ ἀνδράσι [48] προσήκει. τού- 13 του μὲν οὖν παραχρῆμα ἀπέτεμε τὴν κεφαλήν· ἐλάσας δὲ πρὸς τὸ στρατόπεδον, οὐ πόρρωθεν αὐλιζόμενον, ἄγει τε αὐτοὺς ἔνθα ἔγνω τοὺς βαρβάρους ἐνδιαιτᾶσθαι· σὺν αὐτοῖς τε ἐπιπεσὼν ἡβηδὸν πάντας διέφθειρε, τοὺς μὲν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένους ἐξάγων, τοὺς δὲ καὶ ἐν τοῖς ὕδασιν ἀποσφάττων· ὥστε φόνον τῶν βαρβάρων γενέσθαι πολύν.

quidem adhibitæ vi cederet; equitibus imperat, gladiis corpus eius pungerent: adiecto se Theodosium Imperatorem esse. Tum ille, barbarorum in paludibus abditorum exploratorem se dicere, quibus renunciaret, vbinam locorum esset; & quæ regiones, quiue homines essent inuadendi. Confestim huic abscissum caput; & profectus ad exercitum, Princeps, qui non longe ab eo loco in castris erat, milites eo deducit, vbi degere barbaros cognouerat; cumque suis in illos irruens, omnes cuiusvis ætatis interficit, ac partim in paludibus abditos extrahit, partim in ipsis aquis iugulat, ita quidem, vt ingens barbarorum cædes ederetur.

Dux

47. inclusum Relatiuum ὃς abest a L. & P. cod. *Sylb.*
48. Modi enallage in εἴη & προσήκει, alibi quoque eodem modo vsurpata est. *Idem.*

XLIX DVx vero Timasius, Imperatoris fortitudinem admiratus, vt militibus adhuc ieiunis, qui non amplius sufficere laboribus illis per paludes exantlandis possent, sumendi cibi spatium concederetur, rogat. Qvum Imperator adnuisset, signo tuba receptui dato, milites ab opere barbarorumque persequutione desistunt. Secessum ad epulas; quibus satiati, iamque a vino & labore victi, altum plane dormiunt. Quo barbari superstites animaduerso, arma capiunt, & occupatos a somno temulentiaque adorti milites, hastis, & gladiis, & instrumento quouis ad cædem idoneo confodiunt: interfectusque cum copiis vniuersis fuisset & ipse Princeps, si non ex iis quidam, qui nec dum pransi fuerant, ad Imperatoris tentorium

Ὁ δὲ στρατηγὸς Τιμάσιος, τοῦ βασιλέως ἀγασθεὶς τὴν ἀνδρείαν, ἀσίτοις οὖσι τοῖς στρατιώταις, καὶ οὐκέτι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς τέλμασι πόνους ἀρκεῖν δυναμένοις, τροφῆς ἠξίου συγχωρηθῆναι μεταλαβεῖν· τοῦ δὲ ἐνδόντος, ἡ μὲν σάλπιγξ ἤχησε τὸ ἀνακλητικὸν, ἀφίστη τοὺς στρατιώτας τοῦ ἔργου καὶ τῆς κατὰ τῶν βαρ-2 βάρων ἐπιφορᾶς. ἀναχωρήσαντες δὲ ἐπὶ τὴν εὐωχίαν, καὶ ταύτης ἐμφορηθέντες, οἴνῳ τε καὶ πόνῳ συνειλημμένοι, βαθύτατον ἐκάθευδον ὕπνον. 3 ὅπερ αἰσθόμενοι τῶν βαρβάρων οἱ περιλελειμμένοι, ὅπλα τε ἀνέλαβον, καὶ προσπεσόντες ὕπνῳ καὶ μέθῃ τοῖς στρατιώταις κεκρατημένοις, κατεκέντουν δόρασί τε καὶ ξίφεσι καὶ παντὶ τῷ πρὸς φόνον 4 ἀρκοῦντι. συνανῄρητο δ' ἂν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς, εἰ μή τινες τῶν οὔπω θοίνης μεταλαβόντων ἔδραμον ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν,

τὸ

τὸ συμβὰν ἐξαγγέλλοντες. ἐφ' οἷς αὐτός τε καὶ οἱ σὺν 5 αὐτῷ ταραχθέντες, φυγῇ τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι· φεύγουσι δὲ αὐτοῖς 6 ὑπαντήσας Πρόμωτος, (ἔτυχε γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως μετάπεμπτος γεγονὼς) τὸν μὲν βασιλέα περισώζειν αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἠξίου. τῶν γὰρ βαρβάρων 7 αὐτῷ μελήσειν, ἀξίαν τῆς αὐτῶν ἀπονοίας ἐπιθήσοντι δίκην· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, ἐπῄει· καὶ εὑρὼν ἔτι τοῖς καθεύδουσιν ἐγκειμένους, ἐπῆλθε μετὰ πάσης ὀξύτητος· καὶ τοσούτους ἀνεῖλεν, ὥστε ἢ οὐδένα ἢ σφόδρα ὀλίγους εἰς τὰ ἕλη συμφυγόντας περισωθῆναι.

adcurrissent, & quod acciderat, nunciassent. Quamobrem turbatus Imperator, & ii quos secum habebat; fuga periculum imminens euitare statuunt. Promotus autem, fugientibus obuiam factus, (arcessitus enim a principe fuerat) ab Imperatore petit, vt sibi suorumque saluti consuleret: quippe barbaros sibi curæ futuros, qui merito contumaciam ipsorum supplicio castigaturus esset. Simul hæc dicens, barbaros inuadit. Quumque reperisset in militem adhuc dormientem irruentes, adortus est eos impetu velocissimo, & tot interemit; vt vel nemo, vel admodum pauci, qui se rursus in paludes receperunt, incolumes euaserint.

L.

ΤΑ μὲν οὖν συνενεχθέντα τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ, μετὰ τὴν Μαξίμου καθαίρεσιν ἐπανιόντι, τοιάδε πως ἦν. εἰς δὲ τὴν 2 Κωνσταντινούπολιν ἐπανελ-

QVæ igitur imperatori Theodosio contigere, post interemtum Maximum redeunti; talia fere fuerunt. Reuersus autem

Constantinopolim, ob partam quidem aduersus Maximum victoriam magnos gerebat spiritus; ob ea vero, quæ barbari latitantes in paludibus, in ipsum, & in omnem exercitum patrauerant, mœstior factus, bellis ac pugnis valedicere decreuit. Quumque Promoto curam horum commisisset, ipse priorem viuendi rationem ad animum reuocans, cœnas magnificas cœnabat, & in exquirendis voluptatibus curiosus erat, & theatris atq; circensibus semet oblectabat. Adeoque mihi principis huius vitam, in partem vtramque procliuem mirari subit. Nam cum natura segnis esset, omnique secordiæ, & indicatis antea vitiis deditus: si nihil ei triste, nihil formidabile, molestiam exhiberet, naturæ frena laxabat: sin vrgeret aliqua necessitas, quæ statum

θῶν, ἐπὶ μὲν τῷ κατὰ Μαξίμου τροπαίῳ μέγα ἐφρόνει· τοῖς δὲ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βαρβάρων, εἰς αὐτόν τε καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν γεγονόσι συνεσταλμένος, πολέμοις μὲν ἀποστατεῖν ἐγνώκει καὶ μάχαις. 3 ἐπιτρέψας δὲ τὰ περὶ ταῦτα Προμώτῳ, αὐτὸς τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ [49] [τοῖς] θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. ὥστε ἔπεισί μοι θαυμάζειν τούτου τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ βίου ῥοπήν. 4 φύσει γὰρ ὢν ἐκμελὴς, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ, καὶ οἷς προεῖπον, ἐκκείμενος, λυποῦντος μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέος ἐπάγοντος, ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει· καθισταμένος δὲ εἰς ἀνάγκην, συλλέγειν κατά τι τὰ καθεστῶτα προσ-

49. inclusus Articulus τοῖς abest à P. c. *Sylb.*

δοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπὼν, εἰς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπίπονον καὶ ταλαιπαθὲς ἀνεχώρει. τοιοῦτος ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὴ πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, ταῖς αὐτοῦ φύσει προσούσαις ἐνμελείαις ἐδούλευε.

rerum quassatura timeretur; ignauiam deponebat, & deliciis valere iussis, ad virilem animum, ac laborum molestiarumque tolerantiam redibat. Quum ipso rerum vsu docente talis esset, omni sollicitudine liberatus, inditis a natura ignaui ingenii vitiis seruiebat.

Τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένων, ἐν τιμῇ καὶ ἐξαίρετον ἤγετο [50] Ρουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς. τούτῳ γὰρ πάντα ὁ βασιλεὺς κατεθάῤῥει, τῶν ἄλλων ὀλιγωρῶν. ὅπερ ἐκίνει Τιμάσιον καὶ Πρόμωτον, μετὰ τοσούτους ὑπὲρ τῆς πολιτείας κινδύνους ἐν δευτέρᾳ τάξει κειμένους. ἐφ' οἷς ὁ Ρουφῖνος ὠραϊζόμενος, καὶ ἀναβεβηκὼς τοῦ φρονή-

EX iis autem quibus erant commissi magistratus, honoratissimo apud eum loco *Rufinus* habebatur, natione Celta, palatinorum ordinum magister. Huic enim princeps omnia credere, nec reliquos magni æstimare; quod animos Timasii & Promoti nonnihil pungebat, qui post tot exhausta pro republica discrimina, posteriore loco censerentur. Rufinus autem, hoc nomine sibi placens, &

50. Cum hoc Rufini elogio conferri possunt, quæ de eodem Suidas tradidit.

& elatus animo, quoddam in consilio publico verbum paulo ferocius in Promotum iactat. Id ille non ferens, ori manum impegit, eumque percussit. Rufinus, ad principem ingressus, ostensa facie, tantam eum ad iram impulit; vt diceret, ni conceptam aduersus Rufinum inuidiam deponerent, breui principem visuros. His Rufinus auditis, qui ceteroquin etiam infestus aliis esset, ob nimium primatus & ambitionis studium: persuadet imperatori, Promotum extra aulam alicubi commorari iuberet, & ad rei bellicæ studium milites exercere. Quod quum obtinuisset, barbaros in insidiis collocat, dum Promotus in Thraciam proficiscitur. Illi, accepto mandato, nihil tale prospicientem adgressi trucidant; virum, qui & opes contemse-

μαλι, σκέμματος κοινȣ̃ προκειμένȣ, θρασύτερόν τι ῥῆμα εἰς τὸν Προμωτον ἀπέρριψεν. 4 ὁ δὲ, οὐκ ἐνεγκὼν, ἐπήγαγε τῷ προσώπῳ τὴν χεῖρα, καὶ ἔπληξεν. ὁ δὲ, εἰσελθὼν ἐς τῷ βασιλεῖ τὸ πρόσωπον δείξας, τοσȣ̃τον ἐξανέστησεν εἰς ὀργὴν, ὥστε εἰπεῖν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Ῥȣφίνȣ φθόνον ἀπόθοιντο, ταχέως αὐτὸν ὄψονται βασιλεύοντα. 5 ταῦτα ὁ Ῥȣφῖνος ἀκηκοὼς, ἐπειδὴ καὶ ἄλλως ἦν ἅπασιν ἔκπτος διὰ φιλοπρωτείας ὑπερβολὴν, ἀναπείθει τὸν βασιλέα κελεῦσαι τῶν βασιλείων ἔξω πȣ διατρίβειν Προμώτῳ, καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια μελέτῃ τȣ̀ς στρατιώτας ἀσκεῖν. 6 καὶ ἐπειδὴ τȣ̃το κατέπραξε, καθίζει λόχον αὐτῷ βαρβάρων, ποιȣμένῳ τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ὁδοιπορίαν. 7 οἱ δὲ τὸ σύνθημα δεξάμενοι μηδὲν προορωμένῳ τοιȣ̃τον ἐπιθέμενοι, κατασφάζȣσιν ἄνδρα πλȣ̃τ[ȣ]

μὲν κρείττονα γεγονότα, χρησάμενον δὲ τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς βασιλεῦσιν εἰλικρινῶς, ἄξια δὲ τῆς προαιρέσεως ἐπίχειρα κομισάμενον, ὅτι τοῖς οὕτως ἐκμελῶς καὶ ἀσεβῶς τὰ κοινὰ πράγματα διαθεῖσιν ὑπηρετήσατο.

rat, & erga rempublicam, ipsosque principes sincere se gesserat. Merita vero præmia consilii voluntatisque suæ tulit, qui tam secorditer & impie publicas res administrantibus operam suam locasset.

LII.

Ταύτης διαβοήτου τῆς πράξεως ἐν ἅπασι γενομένης, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν οὔσης, παντός τε σωφρονοῦντος ἐπὶ τοῖς τοσούτοις ἀτοπήμασι σχετλιάζοντος, αὐτὸς μὲν Ῥουφῖνος, ὥσπερ τι σεμνὸν ἐργασάμενος, ὕπατος ἀνεδείκνυτο. Τατιανῷ δὲ, καὶ 2 τῷ τούτου παιδὶ Πρόκλῳ, Ῥουφίνῳ προσκεκρουκόσι δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅτι τὰς ὑπάρχους ἔχοντες ἐξουσίας, ὁ μὲν τῆς αὐλῆς, ὁ δὲ τῆς πόλεως, ἀδωροτάτα καὶ ὡς ἔνι μάλιστα δεόντως αὐτὰς διετίθεσαν, ἐπήγετο πράγματα λόγον οὐκ ἔχοντα. καὶ ἵνα εἰς 3

HVius facinoris fama vbique didita, quum esset in ore omnibus, & modestissimus quisque tanta scelera periniquo ferret animo: Rufinus, quasi qui facinus honestum patrasset, consul designatur. Hinc Tatiano, eiusque filio Proculo, (qui Rufinum alia nulla de caussa offenderant, quam quod præfecturas gerentes, ille prætorianam, hic vrbanam, eas incorruptissimi a muneribus, & quam maxime fieri posset, ex officii ratione administrauerant) negotia nulla iusta de caussa facessuntur. Atque vti

perfici poſſent, quæ in eos agitabantur conſilia, prius magiſtratu Tatianus abdicatur, & in ius ducitur, Rufino præfecto aulæ deſignato. Ac in ſpeciem quidem conſtituti ſunt & alii, qui cum Rufino in ſocietatem huius iudicii venirent: ſed auctoritatem ſententiæ ferendæ ſolus ille habebat. Quia vero Proculus, animaduerſis inſidiis, fuga ſibi conſuluerat, & ſuſpectam Rufinus habebat induſtriam viri, metuebatque, ne quid noui molitus, arte quadam res ſuas conturbaret: Tatianum patrem fraude, præſtitiſque iuramentis circumuentum, ipſe etiam

ἔργον ἀχθείη τὰ κατ' αὐτῶν βουλευόμενα, πρότερον ἀπετίθετο Τατιανὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἤγετο[51] εἰς κρίσιν, ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἀποδεδειγμένου Ῥουφίνου· καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ κοινωνεῖν ἐτάχθησαν ἕτεροι Ῥουφίνῳ τῆς κρίσεως, ἐκεῖνος δὲ μόνος εἶχε τῆς 4 ψήφου τὸ κῦρος. ἐπεὶ δὲ Πρόκλος, αἰσθόμενος τῆς ἐπιβουλῆς,[52] - - - - - ὑφορώμενος ὁ Ῥουφῖνος τὸ δραστήριον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δεδιὼς μὴ νεώτερόν τι φρονήσας συνταράξῃ τινὶ τὰ κατ' αὐτὸν μηχανῇ, μετελθὼν ἀπάτῃ τὸν πατέρα καὶ ὅρκοις, καὶ τὸν

51. *ἤγετο εἰς κρίσιν, in ius ducitur*] Ob Lyciam male adminiſtratam, vel in Lycia aliquid delictum in ius tractum fuiſſe, apparet e l. 9. Cod. Th. *de indulg. crim.* Impp. Arcadio & Honorio, Coſs. iiſdem. *Reineſius.*

* Legem dictam aliter interpretatur Iacobus Godofredus IC. *commentar. in Theodoſii Cod.* nempe Lyciam infamatam fuiſſe propter damnatum ciuem Lycium, Tatianum, cuius ſumma culpa fuerit, (vt ipſius legis verba habent) *temporalis offenſio deterrimi iudicis inimici*, id eſt, Rufini.

52. poſt ἐπιβουλῆς deeſt φυγῇ διεσώθη, vel ſimile quidpiam. *Sylb.*

τὸν βασιλέα πείσας ἀποφῆναι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ παιδὶ μεγίστας ἐλπίδας, τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ μεταγαγὼν ἐκ τῆς ἀληθοῦς ὑπονοίας εἰς ματαίους ὀνείρους, ἀναπείθει Τατιανὸν γράμμασι τὸν παῖδα μετακαλέσασθαι. Πρόκλον μὲν οὖν, ἅμα τῷ 5 φανῆναι συναρπασθέντα, τὸ δεσμωτήριον δέχεται· Τατιανοῦ δὲ τῇ [53] τῆς πατρίδος οἰκήσει παραδοθέντος, ἀκροάσεις συνεχεῖς ἐπὶ τῇ τοῦ Πρόκλου συνήεσαν κρίσει, καὶ τελευτῶντες οἱ δικασταὶ, κατὰ τὸ Ρουφίνῳ συγκείμενον, ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν Συκαῖς [54] τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττον. Ὅπερ αἰσθόμενος 7

Imperatore persuaso, vt tam patri quam filio spes maximas faceret; eoque modo de vera suspicione traductum ad vana somnia, tandem impellit, vt filium per litteras reuocaret. Itaque Proculum, simul atque comparuisset, correptum carcer excipit; & Tatiano patriam incolere iusso, frequenter ad cognoscendā Proculi caussam coitur. Tamdem iudices, vt inter ipsos & Rufinum conuenerat, Proculum morte mulctandum Sycas, quod suburbii nomen est, abduci iubent. Id princeps animaduertens

 mi-

53. πατρίδος, Aquileiæ scilicet, vt ex cap. 45. n. 2. apparuit. Sed anno 392. Coss. Arcadio & Rufino vsque ad mensem Iulium fuit in officio, exstat enim l. 127. C. Th. *de decurionibus*, ab Imppp. Theod. Arcad. & Hon. data Coss. Arcadio A. II. & Rufino, prid. Kal. Iul. CPoli *Reinesius*.

* Iac. Godofredo Lycium videri Tatianum, & in Lyciam patriam, relegatum; iam diximus.

54. Suburbium hoc *Peram* (quasi Περαίαν seu πέραν κόλπου) & *Galatam* vocant. Est vero trans sinum, qui Κέρας dicitur. *Leunclauius*.

misit qui gladium scilicet a ceruicibus eius reuocaret. At is, Rufini mandato parens, tardius abiit, & vbi iam caput abscissum fuerat, aduenit.

ὁ βασιλεὺς, ἔστελλε μὲν δῆθεν τὸν ἀνακαλεσόμενον ἐκ τοῦ τραχήλου τὸ ξίφος. ὁ δὲ, συνθήματι Ρουφίνου πειθόμενος, χαλαίτερον [55] ἀπιὼν, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν.

LIII. DVm hæc agerentur, Valentinianus Imperator e viuis excessisse nunciatur: hoc quodam modo interfectus. Arbogastes, oriundus e gente Francorum, quem secundum a Baudone duce locum Gratianus Imperator obtinere iusserat, illo rebus humanis exemto, fretus industria sua citra principis auctoritatem magisterium militum in se transtulerat. Visus autem subditis sibi militibus idoneus, ob for-

ΕΝ δὲ τῷ ταῦτα πράττεσθαι, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἀγγέλλεται τελευτήσας. ὁ δὲ τῆς τελευτῆς τρόπος ἐγένετο τοιόσδε. Ἀρβογάστης, ἐκ τοῦ Φράγκων ὁρμώμενος ἔθνους, Βαύδωνι δὲ ὑποστρατηγεῖν ὑπὸ Γρατιανοῦ βασιλεύοντος τεταγμένος, ἐκείνου τελευτήσαντος, τῇ δραστηρίᾳ τεθαρρηκὼς, τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε, βασιλέως οὐ δεδωκότος, κατάλληλος δὲ τοῖς ὑποτεταγμένοις στρατιώταις ὀφθεὶς, διά τε ἀνδρείαν καὶ πολεμικὴν

55. in illis, ὁ δὲ, χολαίτερον ἀπιὼν ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλὴν, hypallage est. Sensus enim est, τὸν δὲ, χολαίτερον ἀπιόντα, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσα ἡ κεφαλή: *quem lentius profectum, præuenit capitis amputatio*, i.e. qui cum lentius proficisceretur, caput Proclo amputatum fuit, antequam ille aduenisset. *Sylb.*

κὴν ἐπιστήμην, καὶ χρημάτων ὑπεροψίαν, ἐπὶ μέγα προῆλθε δυνάμεως· καὶ τοσοῦτος ἦν, ὥστε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα παῤῥησιάζεσθαι, καὶ ὅσα μὴ καλῶς αὐτῷ μηδὲ προσηκόντως ἔχειν ἐδόκει, κωλύειν. 3 πρὸς ταῦτα δυσαναχετῶν ὁ Οὐαλεντινιανὸς, ἀντέτεινε μὲν πολλάκις, ἤνυε δὲ οὐδέν· ὠχύρωτο γὰρ ὁ Ἀρβογάστης τῇ τῶν στρατιωτῶν ἁπάντων εὐνοίᾳ. 4 ὑποτετάχθαι δὲ τούτῳ περαιτέρω μὴ φέρων, ἐπειδὴ καθήμενος ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου τὸν Ἀρβογάστην ἐθεάσατο προσιόντα, δριμύτερον ὑποβλέπων, δέδωκεν αὐτῷ γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα. 5 ὁ δὲ, ἀναγνοὺς, Οὔτε δέδωκάς μοι, φησὶ, τὴν ἀρχὴν, οὔτε ἀφελέσθαι δυνήση. καὶ ταῦτα εἰπὼν, διαῤῥήξας τε τὸ γραμμάτιον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεὶς, ἀπιὼν ᾤχετο. 6 τότε δὴ λοιπὸν

titudinem, reique bellicæ scientiam, & pecuniæ contemtum; magnam ad potentiam pervenit. Adeoque tantus erat, vt etiam aduersus principem liberior esset, & quæcunque non recte, nec vti par erat, fieri putabat, prohiberet. Ea Valentinianus permoleste ferens, opponit se quidem illi sæpius; sed nihil proficit. Nam Arbogastes omnium militum beneuolentia munitus erat. Tamdem Valentinianus, haud ferens amplius, vt huic subiectus esset; quum augusto in solio sedens accedentem videret Arbogastem, toruis oculis hominem adspiciens, libellum porrigit, quo ei magistratum abrogabat. Hoc ille perlecto; Nec potestatem mihi dedisti, ait, nec eripere poteris. Quibus prolatis, discerptoque libello, & in terram abiecto, discedit. Ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur;

 sed

sed omnibus eorum inimicitiæ patebant. Ac Valentinianus quidem, crebris ad Imperatorem litteris utebatur, 7 quibus eum de huius viri adversus maiestatem principis adrogantia certiorem reddebat, simulque petebat, vt opem sibi ferret; iureiurando adfirmans, se ad ipsum aduolaturum, ni quamprimum hoc fecisset. Arbogasti 8 vero, consideranti quid agendum esset; huiusmodi quoddam consilium ad animum accidit.

οὐκ ἐν ἀπορρήτῳ τὰ τῆς ὑποψίας ἔτρεφε· φανερὰ γὰρ [56] [παρὰ] πᾶσι τὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς ἐγίνετο δυσμενείας. καὶ ὁ μὲν Οὐαλεντινιανὸς συνεχέσι πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράμμασιν ἐχρῆτο, τὴν κατὰ τῆς βασιλείας ἀλαζονίαν τἀνδρὸς ἐξαγγέλλων· καὶ βοηθεῖν παρεκάλει, δραμεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ τάχιστα τοῦτο ποιήσειεν, ἐπομνύμενος. Ἀρβογάστῃ δὲ τὸ πρακτέον ἀνασκοποῦντι, γνώμη τις ἐπῆλθε τοιαύτη.

LIV. Versabatur in aula quidam, cui nomen Eugenius, tanta eruditione doctrinæ præstans, vt & oratoriam profiteretur, & scho-

Ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις ἀναστρεφόμενος [57] Εὐγένιος ὄνομα, παιδείᾳ προήκων ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ ῥητορικὸν ἐπανελέσθαι βίον, καὶ

56. inclusa παρὰ abest a P. c. & facile abesse potest. Sylb.

57. Auctor Hist. Miscellæ lib. 13. c. 11. *Grammaticus quidam nomine Eugenius, litterarum Latinarum doctor, relinquens scholas, in palatio militabat, eratque imperatoris Valentiniani antigrapheus, & propter eloquentiam a multis honoratus.*

καὶ [58] περιεστάναι διδασκαλείου. πρὸς τοῦτον ὁ Ριχομέρης, οἷα σφόδρα χαρίεντα καὶ ἀστεῖον, ἔχων οἰκείως, Ἀρβογάστῃ συνίστησιν, ἔχειν ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις αἰτήσας, ὡς οὐκ ἐσόμενον ἄχρηστον, εἴποτε πρᾶγμα φιλίας ἀληθοῦς δεόμενον ἀνακύψειε. Ριχομέρους τοιγαροῦν ὡς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἐκδημήσαντος, ἡ συνεχὴς συνουσία φίλον Ἀρβογάστῃ τὸν Εὐγένιον ἐς τὰ μάλιστα πεποίηκε· καὶ οὐδὲν ἦν ὃ μὴ ἐθάῤῥει τῶν σπουδαίων αὐτῷ. τότε δὴ τὸν Εὐγένιον τοῦτον λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὅτι διὰ παιδείας ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου σεμνότητα, πρὸς ἀγαθὴν βασιλείαν ἁρμοδιώτατος ἔσται, κοινοῦται μὲν αὐτῷ τὰ βεβουλευμένα· δυσαρεστοῦντα δὲ τοῖς λεγομένοις ἰδὼν, ἐπι-

lam aperiret. Hunc Richomeris, vt hominem 2 perelegantem & vrbanum, familiariter complectens, Arbogasti commendat; & ab eo petit, vt inter familiares & amicos illum habeat: quippe non futurum inutilem, si 3 quando negotium aliquod emergat, quod officium veræ amicitiæ poscat. Igitur vbi Richomeris ad Imperatorem Theodosium profectus fuisset, adsidua consuetudo amicissimum Arbogasti Eugenium reddidit: adeo- 4 que nihil erat rei seriæ, quod illi non crederet. In hoc vero tempore, quum ei ad animum hic Eugenius accidisset, qui propter eximiam doctrinam, & vitæ grauitatem, ad bonum imperium futurus esset aptissimus; cum eo, quæ secum ipse deliberasset, communicat. Sed cum illum offendi per ea,

58. Pal. περιεστάναι: vitio ambiguo. nam vel περιεστάναι legendum, vel περιεστῆναι. Sylb.

ea, quæ proponerentur, videret; hominem demulcere pergit, & hortari, ne reiiceret ea, quæ a fortuna offerrentur. Vbi persuasisset, præstare ratus est, vt prius e medio Valentinianum tolleret, atque ita rerum summam Eugenio traderet. Quapropter Imperatorem, qui apud oppidum Galliæ Viennam commorabatur, & propter muros eius ludicra cum quibusdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, letaliter vulnerat & interficit. Quum omnes taciti facinus admissum ferrent, ob viri dignitatem & fortitudinem bellicam; ac præterea, quod hominem magna beneuolentia milites prosequerentur, qui pecuniam contemneret: Eugenium Imperatorem declarat, omnibus de hoc viro, propter eius insignes dotes, spes bonas concipere iussis.

